ARMAMENTARIUM
REGNI POLONIÆ.

Seu

GENTILITIA NOBILITATIS LECHICÆ, MAGNI DUCATUS LITVANIÆ

ARMA;

Olim

Majorum Virtute, Sangvine, Meritis, Gloria,

COMPARATA.

Nunc

Vetustissimorũ Pòëtarum Fragmentis, Panegyricæ inserendis materiæ,

ADORNATA.

Operâ

P. Gabrielis Rzaczyński, Soc: JESU.

Anno Domini Exercituum 1715.

Cum Permissu Superiorum.

POSNANIÆ,
Typis Collegii Societatis JESU.

PATRIA ARMA
ILLUSTRISSIMÆ DOMUS
GOZDAWARUM.



FLorum Lilia Reges. Ovidius.
Superatq; nives, ac Lilia candor. Claudianus.
- - - - - - - niveæque juncta
Faustitas Paci, legit otiosis - Lilia campis. Sarbievius.
Claro de sanguine Florem. Ausonius.
Tu Gratia Flores - - elige. Claudianus.
Et color, & species Floribus omnis adest. Ovidius.

PERILLUSTRIBUS
MAGNIFICIS DOMINIS,
DOMINIS,
BOGUSLAO
GOZDAWA
DZIERZANOWSKI
POCILLATORI CALISSIENSI.
IOANNI ADALBERTO
GOZDAWA
DZIERZANOWSKI
TRIBUNO POSNANIENSI.
VLADISLAO
GOZDAWA
DZIERZANOWSKI
EQVITI POLONO.
Excellentissimo Fratrum Ternioni

Dedicat,
Maxima omnia apprecatur.

PERILLUSTRES DOMINI.

PRidem EMERITA GOZDAWARUM ARMA, Martis Castra impleverant, in Virtutis, Honorisq; appensa Templo militaverant coelo, nunc in POLONI ARMAMENTARIO REGNI, longissimo splendida usu, exhibentur Orbi ad spectaculum. Vidêre sæcula retroacta CHRISTINUM GOZDAWA COMITEM, PALATINUM PLOCENSEM, EXERCITUUM DUCEM jura hostibus dantem victore gladio, facientem ea, quæ Mars fecisset ipse; PHILIPPUM GOZDAWA ARCHIEPISCOPUM GNESNENSEM, SIMONEM PLOCENSEM ANTISTITEM, ANDREAM GOZDAWA DZIERZANOWSKI ABBATEM WAGROVECENSEM, Divorum Ædibus admoventes cultu supplici Arma, permiscentes Infulis, exornantes Aras AVITIS LILIIS. Angustus fuerat DOMUI VESTRÆ, Bellonæ Patriæ, Lechicus Campus, laureis trophæisq; refertus; quare NICOLAUS GOZDAWA DZIERZANOWSKI in se Uno, plurima arma, virosq; ferendo in Pannoniam, ipsa provocando pericula, terrorem Orbis terrendo Otthomanum, ad Budam cecidit: per vasta vulnera, grandem, præliaremq; animam profundens cum sanguine. Bello ævum consumpserat JOANNES DZIERZANOWSKI, MARTINUS ex AU-

GUSTISSIMI ROMANI IMPERATORIS Aula, Bicipitis Alitis nido, Militares attollens Aquilas, non tam ivisse, quàm evolasse in cladem hostium ; GENERALIS CÆSAREUS toties triumphasse de Turcis in Hungaria, quoties & pugnasse spectatus. Quia verò VESTRA (ut Horatia olim) GENS TOTA acies, STANISLAUS DZIERZANOWSKI profligatis sæpius Tartarorum cuneis, etiam compedibus Crimeæ ferreis bis tenebatur, ne quid de pretio aureæ libertatis, Poloniæ detraheretur. Alter ejusdem nominis, animi, roboris, dum peregrinos ad desideria sui accendit soles, non prius sagum, quàm vitam exuerat ; gloriæ, famæ, triumphis immortuus in Italia. Vivida imago Martis MATTHIAS DZIERZANOWSKI sub Zienievicio Antesignano ; magna solus potentia STANISLAUS TRIBUNUS MILITUM, contra Scythas, & Moschos, tenente sceptra SIGISMUNDO AUGUSTO, qui dum Septentrionem gelidum emetitur victoriis accendisse illum decertandi fervore ,

Martiali æstu videbatur. Iterum tota, post Moschoviam, Hungaria, in FORTITUDINIS DZIERZANOWSCIANÆ theatrum abierat, in quo, MATTHIAS ORDINUM DUCTOR SERENISSIMÆ REGINÆ PANNONUM, metuenda Viris aggrediebatur, FERDINANDUS COLONELLUS REGIS, Hussaros ad Rhenum edocens ire per enses, per mortes medias, lauros taxo innexuit ; hostes in orbem alium insecutus. Ut autem FÆCUNDA ARMORUM DOMUS, longius, latiusq; porrigeret se ad triumphos, etiam in Solo Lechico, præter STRENUISSIMUM GEORGIUM FRATREM, SAXONICARUM COPIARUM DUCTOREM, Heroum speculum PROGENITOR VESTER JOANNES CHRISTOPHORUS COLONELLUS Equitum Cataphractorum SERENISSIMI JOANNIS CASIMIRI, tam ad pugnam cum CAROLI GUSTAVI exercitu, pleno præibat passu, quàm ad gloriam ; Militem, Ducemq; agendo simul, ad virtutis prodigia. In eo, præter palma-

ria

riæ merita, illud apprimè summis attollendum encomiis, quod ex CELEBERRIMI STEPHANI BOIANOWSKI SURROGATI JUDICIS POSNANIENSIS FILIA, VOS dederit non Minores Majoribus, Optimos Patriæ Cives, Sæculi nostri ornámenta: Solis adinstar Orbi intendendo prodesse, qui nonnisi relictis Sideribus se subducit è Cælo. Post immortalia bellica opera, post trophæa numerosissimis onerata manubiis, post liberaliter sangvinem fusum, & AMPLISSIMA CONSANGVINITATIS VESTRÆ ARBOR panditur mihi, sub GENTILITIIS ARMIS BOHEMIÆ atq; SILESIÆ diffundens ramos; quibus veluti brachiis GOZDAWARUM attollatur PROPAGO, ad honorum fastigia. Exhibuerat grande virtutum pondus in Libra Themidis ANDREAS DZIERZANOWSKI, ABSOLUTISSIMUS JUDEX DUCATUS OPOLIENSIS, nec prius Connubialia Fædera cum ILLUSTRISSIMA COMITISSA à WERBNO iniisse decreverat, quàm Astream sibi sociasset arctis-

arctissimè: unam statuens legem, servare omnes. De MARTINO DZIERZANOWSKI, quid inferam Fastis posteritatis? ille, Fortunam comitem meritorum tenendo, ámplioribus Bonis, IMPERATORIO cumulatur favore in Silesia: dumq; ILLUSTRISSIMI KOCHCICKI COMITIS NATAM ducit in Conjugem, ipsas Nuptiales tædas, Utriusq; Prosapiæ auget sereno. Præluxêre & ALEXANDRI DZIERZANOWSKI thalamo Avitæ Ceræ, ut ILLUSTRISSIMAM, de COMITIBUS KOLOWRAT, SPONSAM circumsisterent; Primam editam Prolem, ANTIQUISSIMI, ERUDITISSIMI COMITIS WITT, CONSILIARII CÆSARIS, Secundam, EXCELLENTISSIMI KOTULINSKI BARONIS traderent Hymenæo. Neq; Magnorum Nominum, Familiarum, Titulorum hic meta est, plus ultra se protendunt Consanguineæ Stirpes, in RUNOWNA BARONISSA MARTINI CONSORTE: in LINEA DZIERZANOWSCIARUM, Pronubo Annulo innexarum ILLUSTRISSIMO

SIMO COMITI COLOREDO, GASZYNIO, OPERSDORFFIO, FRANCKENBERK, PACZYNIO aurea Cognationum catena trahitur: à CELEBERRIMIS BARONIBUS, LARYSZ, TRACH, MOROWICKI, WILCZEK DĄMBROWKA, tantùm sanguinis alti in Vestrum influxit Genus, quantùm ad Purpuras sufficit, & Laticlavia. *Sic* non alio redimitæ serto NEO-SPONSÆ GOZDAWIÆ, nisi quod ex Totius BOHEMIÆ, atq; SILESIÆ collectum flore. In Patrio Climate quoq; demissiorem perosæ sortem, GRZYMULTOVIOS, GRUSZCZYNIOS, JORDANOS, *Senatoriis* Curulibus, Trabeis, Fascibusq; sublatos, conjugali nexu, Nodo potentiori Gordio alligaverant, ut Una Domus, Majorem complecteretur Poloniam, faceret Maximam. Et quis audet ambigere, contractam in Vos Poloniam? dum DZIERZANOWSCII, CEREKWICKAM, KUKLINOWSKAM, DZIERZKOWNAM, POTWOROWSKAM, OSTROWSKAM, SKRZYDLEWSKAM, BUDZANOWSKAM, HELMICHTOWNAM, LILIORUM candore, famæ odore

dore publicæ, ad Epithalamia occinenda traxêre; in Florum Patria, aureos natorum fructus exhibituri. Tu verò PERILLUSTRIS DOMINE POCILLATOR CALLISSIENSIS, in NOBILISSIMA MARIANNA DZIEMBOWSKA CONJUGE, GNINSCIOS, de UNRUG, PROSCIOS, KOZUCHOWSCIOS, ZAYDLICIOS, SCZANIECCIOS, BRONIKOWSCIOS, NIEZYCHOWSCIOS, aliosq; ingenti agmine ducis, ut tot STEMMATIBUS (protulisse debueram) GENTILITIIS illorum ARMIS, LECHICI REGNI ARMAMENTARIUM ornes ad gloriam, impleas ad tutelam. Pariter Tibi EXCELLENTISSIME DOMINE TRIBUNE POSNANIENSIS, in TERESSIÆ KONARZEWSKA FLUMINIBUS, votorũ obtigit portus, & ILLUSTRISSIMORUM, OPALENSCIORUM, SMIGIELSCIORUM, RADZEWSCIORUM PONINSCIORUM SZOŁDRSCIORUM appulerunt Naves, LESCZYNIORUM URI in atrata facie Fumosas Imagines, TARŁONUM ASCIÆ, Honorarios Fasces adauxêre. Tanto Nobilitatis, Procerumq; globo, GORAYSCII, ZAKRZEWSCII, KOŁACZKOWSCII, KRZYZANOWSCII, CZACCII,

ULA-

ULATOWSCII, ZBIIEWSCII, JARNOWSCII, MORAWSCII, GORZENSCII, CHŁAPOWSCII, SOBOCCII, NOSKOWSCII, DOBRZYCCII, TANSCII, ſi annectentur, uno affinitatis vinculo, innumera decora adſtringentur. Exclamaſſe igitur, jam mihi fas ſit. O quantus qualisq; cumulus Proſapiarum; in VESTRIS LILIIS vernantiſſimus. Ut Pæſta florum Reſpublica, Hybla nectaris Patria, Erythræum Mare gemmarum nidus, colorum Iris, Oceanus amnium eſt receptaculum, ita GOZDAWARUM DOMUS, quæ ſparſa alios ſplendidiſſimos reddunt, collecta tenet. Hæc dum de FRATRIBUS GLORIOSISSIMIS, memori committo paginæ, Tibi PERILLUSTRIS DOmine VLADISLAE EQUES POLONE, in Stemmate Patrio LILIATE, non de Apollinis Tripode, verùm de nobiliſſima indole funduntur oracula, nomen orbi notiſſimum redditura Sarmatico, Majorum in Nepote auctura decora in immensùm. Impreſſiſti veſtigia peregrinæ telluri, toto ſeptennio, multorum Europæ Principum, Regum attriviſti limina intrando pectora: ex tot luſtratis Urbibus urbanitatem, ex Imperiis vaſtis, ampliorem linguarum, legum, conſvetudinum, Statuum, Regiminum referendo theſaurum. Permitte tandem CULTISSIME DOMINE, ut à Te, ad NEPOTES ex FRATRIBUS ſermonem promoveam, ſi non Panegyrim. Penſaturus PARENTIBUS abunde eſt numeri damnum, ſpe omni Major CHRISTOPHORUS POCILLATORIDES CALISSIENSIS, in ſe ſolo facturus turbam ſolatiorum, dignitatum, geſtorum: ut pomum unicum palmiti datum, aureum matureſcat, de quo vel inter Numina oriatur contentio. In ANDREA TRIBUNIDA POSNANIENSI, ea eluceſcit prudentia, quæ virorum majeſtatem. ea maturitas, quæ deceret cánitiem, ea innocentia, quæ GENTILITIA LILIA niveis moribus æmulatur. Virtutem omnem ſe infudiſſe illi, vidit laudavitq; Poſnanienſe Athenæum, Pallas de Caſtaliis, Hippocreneis Fontibus, Oratoriis Fluminibus derivaſſe tantùm tradiderat famæ, quantùm ad vaſtam dicendi copiam Arpinas ipſe, ad ſvadam flori-

dam

dam Rosinus, Hortensiusq; exoptasset. Auget Eurippum nunc Aristotelis pretioso sudore, in *Sapientissima*. Leopoldina Universitate Wratislaviæ, & quantò magis sinuoso volumine labitur amnis, tantò directius, liberaliusq, inundat mentem capacissimam. Ad extremum, ætate minimus CAROLOMANUS, nova gloria DOMUS, talis est statim, qualis diu effici potest. Ergo cum integer Natorum ordo, *Sidere* editus optimo, felicitati publicæ sit enutritus, nequaquam deerunt cœptis Hæredes Fascibus, exemplis PARENTES EXCELLENTISSIMI VESTRIS Imitatores. Est quippe in VOBIS quædam non non hominum tantùm, ast & virtutum propago ingens, septingentorum annorum orbitâ stabilita. Vivetis & post funera factis, prole fortunatissimi, perennes tali; quæ Vos posteritatis tradet memoriæ, Fastis, Annalibus: AVITIS ARMIS & Martialibus ditabit REGNI ARMAMENTARIUM. Ita ominatur, ac vovet, NOMINI MAGNO Addictissimus, Obligatissimus *Servus*

Gabriel Rzączyński,
Societatis JESU.

ABDANK,

Seu M inversum, aliæq; Literæ Stemmatum, A, E, N, S, Z.

A Memori posteritate legar. Ovidius de Ponto.
A tanto Principe digna legi. Idem l. 3. Tristium.
Scribere jussit amor. Idem in Epist: Heroid.
Omnis scribitur hora tibi Idem l. 1. Metamorpho.
Littera sermonis fida ministra mei. Idem l. 6. Tristium.
Restat, ut adscribat littera nostra vale. Idem in Epistol.
Nuntia littera venit. Idem ibidem.
Ore legar multo. Martialis l. 3.
Mihi littera felix. Idem l. 3.
Totusq; legetur in Orbe. Idem.
Sed toto legor Orbe frequens. Idem l. 5.
- - - - - - legetur;
Et Nomen toto sparget in orbe suum. Idem l. 6.
Nullis delebilis annis. Manilius l. 4.
Sonet tua littera. Moschus Siculus.
Aurea - - - littera facta fuit. Sarbievius in Epigram.
Si dubitas, hoc, ipse Deo da Stemma legendum;
De Cælo, Magnum, Maximus ipse leget. Idem de Abdank.
Arcadiis pueris monstratur littera primùm. Manilius l. 1.
Cui littera verbum est. Idem l. 4.

ACCIPITER,

 Seu

Seu JASTRZEMBIEC.

ACcipiter, ſaxo, ſacer ales, ab alto.
Conſequitur pennis, ſublimi in nube columbam.
Virgilius l. 11. Æneid.
Præda fuit volucrum, famulus nunc aucupis idem.
Martial: de Accip.
Viſis accipiter pugnat oloribus. Sarbievius l. 4 Lyricorũ.
- - - - - cur Jovis alitem,
Aut Accipitrem cavo
Geſtemus clypeo, ſi male Martiæ
Reſpondet nota dexteræ. Idem ibidem.
Velocibus alis accipiter. Oppianus de Venatione.
Solet accipiter trepidas urgere columbas. Ovid: l. 5. Metamorp.
Odimus accipitrem, quia ſemper vicit in armis. Idem.

Vide Avis.

ACERVUS.

Seu LESZCZYC.

HOrrea parva licet, ſed mens eſt largior illis. Ennodius in Epig.
- - - - - - - - Patriæq; petenti
Ruſticus inferret proprias Dictator ariſtas. Claudianus.
- - - - Cereris decerpſit ariſtas.
Aurea meſſis erat, Ovid: l. 11. Metamorphoſis.
Seges clypeata virorum. Idem l. 2. Metamorphoſis.
Primis ſegetes moriũtur in herbis. Idem l. 2. Metamor.
Adhuc tua meſſis in herba eſt. Idem in Epiſt. Heroidum.
Ex modico quantùm depoſcat acervo. Horatius.
Addit Acervo,-quem ſtruxit. Idem.
Fuſus erat terrâ frumenti pauper Acervus. Virgilius in Moretto.
Si bene floruerant ſegetes,erit area dives. Ovid: l. 1. Faſt.
- - - - - - - - omnium,
Ingens exiſtet Acervus. Heſiodus.
Immenſæ replebunt horrea meſſes. Idem.
Effugit ille famem præſentem, qui auget Acervum. Idem.
Abundas fruge virorum. Erinna Poetria.
Pulchræ meſsis adoreæ. Sarbievius in Lyricis.
Jam tria luſtra metunt rubras de ſangvine fruges. Idem lib: Epod.
Phariæ ſegetes, & Punica meſſis. Claudianus.
Area dives - præbet odoratas meſſes. Idem.
Seu Cererem plenam, vincentemq; horrea meſſem. Manilius l. 8.
Armorumq; jubet conſurgere acervos. Silius l. 10.

AGNUS,

Seu JUNOSZA.

JAm ſol Phryxææ vellera preſſit ovis. Ovidius.
De Tyrio murice lana rubet. Idem.
Ponitur ad Patrios aurea lana Deos. Idem in Epiſt: Her.
Dux gregis inter oves agnus, Idem.
Ovibus tua lana decori eſt. Idem l. 13. Metamorphoſis.
Et pro delictis victima blanda fuit. Idem l. 5. Faſtorum.
Pan Ovium cuſtos. Virgilius.
Pan curat oves oviumq; Magiſtros. Idem in Bucol.
Primus adeſt Aries. Idem de Signis Cæleſtibus.
Velleris aurati fulget pecus. Idem ibidem.
Corniger aſtrorum ductor. Idem ibidem.
Quis teneros oculus mihi faſcinat Agnos Idem.

 Stat

- - - - Stat hoſtia ad aras
Lanea, dum niveâ circũdatur infula vittâ. Idem l. 3 Georg.
Namq; erit ille mihi ſemper Deus, illius aram:
Sæpe tener noſtris ab ovilibus imbuet Agnus. Idem in Eclogis.
Fæcundis Aries in munera, lanis. Manilius.
Hic Aries aſtris, hic leo dignus erat. Martialis l. 9.
Me mea texit ovis. Idem l. 14.
Murice tinctæ veſtiunt lanæ. Horatius.
Dux Aries - - ipſe reduxit Oves. Propertius.
Cuſtodeſq; feros clauſit ſerpentis hiatus,
Iret in Auſonias, aurea lana, domos. Idem.
- - - - Rapuit cum Martius agnum,
Averſo paſtore lupus. Silius
Cernite fulgentes ut eat ſacer agnus ad aras. Tibullus l. 2.
Hunc retinens aries ſublucet corpore totus. Cicero in Phænomenis.
- - - - - - portitor Helles,
Signorum & pecorum Princeps, caput efferet undis. Columella.
Impavidus trepidum ſervabat paſtor Ovile: D. Paulinus
De paſtore, gregi reddita plaudit ovis. D. Venantius.
Et de fauce lupi ſubtrahit agnus oves. Idem.
Aries mactatur ad aram. Sedulius.
quem per freta triſtia tutum
Aurea lanigero vellere vexit ovis. Ovidius.

Vide Vellus.

A L Æ,

Seu TOPACZ, KONCZYK.

Plauſit victoria pennis. Virgilius in Georgicis.
Conſcendens ſidera pennâ. Idem.

Præpetibus pennis auſus ſe credere cælo,
Redditus his primùm terris, tibi Phœbe ſacravit
Remigium alarum, poſuitq; immania templa. Virg. l. 6. Æneidos.
Simul æthera verberat alis. Idem l. 11. Æneidos.
Pennis ultra ſidera tendit. Idem.
Signataq; ſangvine pluma eſt. Ovidius l. 6 Metamorph.
Inter utrumq; volat dubiis victoria pennis. Idem l 8. Meta.
Et viſa eſt oculis horrida penna meis. Idem l. 4. de Ponto
Dum petit infirmis nimiùm ſublimia pennis
Icarus, Icareis nomina fecit aquis. Ovidius.
Prima loco fertur ſparſis victoria pennis. Idem.
Diſponit in ordine pennas. Idem.
In aſtra ferent. Martialis l. 1.
Spernit humum fugiente penna. Horatius l. 3. Odarum
Expertus vacuum Dædalus aera,
Pennis non homini datis. Idem.
Pennâq; citatior ibat. Silius l. 10.
Niveis victoria concolor alis. Idem l. 15.
Volat ambiguis mobilis alis - hora. Seneca.
Volat ille per altum. Lactantius.
Ille tuus pennas tam cito vertit amor. Propertius l. 2.
Felicibus edita pennis. Idem. l. 3.
Rutilas victoria pennas explicet. Prudentius.
Sublimis feror in cælum velocibus alis. Theognis.
Sublimem ſuſtulit alis. Virgilius.
- - - Sublimis in aera pennâ,
Proxima ſideribus, Numinibuſq; feror. Avian: in Fabu.
Vade, age, nate, voca Zephyros, & labere pennis. Virgilius l: 4. Æneidos.
Sibi quiſq; famam ſcribat hæredem. Sarbievius.
Siderum ſedes, animus; ſalutis.
Viſere pennis. Idem l. 3. Lyricorum.
Sine pondere habentia pondus. Ovid: l. 1 Metamorphoſis.
- - Mors atris cum volat alis. Horat: l. 2. Sermonum.
Ad cælum ſtridentibus extulit alis. Virgilius.

Constitit ante oculos notus velocibus alis,
Atlantis Magni, Plejonesq; nepos. Ovidius.

Vide Avis.

ANCHORA,

Seu RADZIC.

SPes nulla salutis. Claudianus.
Dente tenaci - anchora fundabat naves. Virgilius.
Hæc teneat nostras anchora jacta rates. Ovidius.
Anchora nulla tenet stabilem. Theognis.
Mucro mihi geminus, ferro conjungitur unco,
Cum vento luctor, cum gurgite pugno profundo,
Scrutor aquas medias, ipsas quoq; mordeo terras. Symposius de Anchora.
Et jam quietis anchora puppibus
Littus momordit. Sarbievius l. 4. Lyricorum.
Fortius proram gemino revinxit
Anchora morsu. Idem ibidem.

ANNULUS,

Seu DROGOSŁAW, DULICZ, RATULT, &c.

CLauditur orbe decus. Claudianus.
Cannarum vindex, & tanti sanguinis ultor
Annulus. Juvenalis Satyra 10.
Per digitos currit levis annulus omnes. Martialis l. 5.

Annulus in digito subter tenuatur habendo. Lucretius.
Meta volaturæ steterat teres Annulus hastæ,
Annulus ad dociles pervia meta manus. Sarbiev: in Epig.
Annulus Orbis erat, Fortuna ciebat ad Orbem. Idem ibid.
Fortunæ mediam teres annulus induit hastam. Idem ibid.
Annulus est Orbis, pulcherrimus annulus Orbis. Idem ib.
. - - - - - tum funditur ante
Ora admirantum, præfulgens annulus auro. Silius l. 11.

ANSER,

Seu BUDZISZ.

UNicus anser erat, parvæ, cupedia, villæ. Ovid: in Met.
Ipse suas anser lætus properabat ad aras. Martial: l. 9.
. - - - - - - pervigil anser,
Panditor occulti tenebrosa nocte pericli. Prudentius.
- - - Senonas dum garrulus anser
Nunciat, & vigilat vestrum sine milite fatum. Sidonius Apollina.
Anser erat cuidam pretioso germine fæta. Avianus.
Non, servaturis vigili Capitolia voce,
Cederet anseribus. Ovidius in Metamorphosi.

APER,

Seu ŁUKOCZ &c.

QVam multos stravit cum dentibus apros. Claudianus de Hercule.
Indomitus regnabat aper, soloq; tremendus.
Corpore, lunatis fundebat dentibus ornos:

Sternebatq; suos, lugentia rura, colonos. Idem de eodem.
De montibus altis actus aper. Virgilius.
Hinc aper excitus medios violentus in hostes
Fertur, ut excussis elisus nubibus ignis. Ovidius l. 2. Metamorphosis.
Arcadiæ vastator aper. Idem l. 9. Metamorphosis.
Sicut aper longè sylvis latrantibus actus,
Fulmineo celeres dissipat ore canes. Idem l. 2. Fastorum
- - - - placavit Numina sæpe,
Et minor ex humili victima porcus hara. Idem.
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta. Martialis l. 11.
Ponit apros, animal propter convivia natum. Juven.
Terribilisq; cadit fulmine dentis aper. Rutilius in Itin:
Torvus aper, fulvusq; leo coiere superbis
Viribus, hic setis sævior, ille jubâ.
Hunc Mars, hunc Cybele laudat, dominatur uterq;
Montibus, Herculeus, sudor uterq; fuit. Claudianus in Epigram.
Addidit Arcadio terga leonis apro. Martialis li. 9.
Astra, polumq; dedit quamvis obstante noverca,
Alcidæ, Nemeæ terror, & Arcas aper. Martialis l. 5.
Gloria montis aper. Idem
Et non invento sylva quiescit apro. Idem l. 17.
Non aper irasci meminit. Ovidius l. 1. Metamorphose.
Aut cadet adversa cuspide fixus aper. Idem.
Iste tibi faciet bona Saturnalia porcus. Martialis l. 14
- - - - præparet aprum,
Quem mactare Jovi par est, soliq; superno, Homerus.

AQVILA,
Seu SZASZOR, STANKARYN,

Victrices aquilas alium laturus in orbem. Lucanus.
Nutritur volucrumq; potens, & fulminis hæres
Gesturus summo tela trisulca Jovi. Claudianus.
Alta petens pedibus, Jovis armiger unus. Virgilius.
Raptum cum fulva draconem - fert aquila. Idem l. 11. Æneidos.
Utq; Jovis præpes vacuo dum vidit in arvo
Præbentem Phœbo liventia terga draconem;
Occupat adversum. Ovidius l. 4. Metamorphosis.
- - - - - Pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem Jovis ales. Idem l. 6. Metamor.
Fulmina missa refert & cælo militat ales. Manilius l. 5.
Armiger haud aliter magni Jovis, anxia nido
Quum dignos nutrit gestanda ad fulmina fætus.
Explorat dubios, Phœbea lampade, natos. Silius l. 10.
Sic aquilæ clarum firmavit Juppiter omen. Marcus Tullius Cicero in Mario.
Summi Jovis ales: nuntius instat. Idem in Phænomen.
- - - - - Jovis ales in undas
Conditur, & totis raptim petit æthera pennis. Aratus.
Hunc aquila æthereas pennis pernicibus auras
Sulcans, æquaret sola. Oppianus de Venatione.
Augurio firmat Jovis ales aperto,
Omnia. Theocritus.
Verum est aligerum oraculum de te mihi factum,
Quod Jovis ales eris, toti & dominaberis Orbi. Aristophanes.
Nec sævi Martis opes, Aquilæve desunt. Sarbievius l. 3 Odarum.
Grata Jovi fulvæ rostra videbis avis. Ovidius l. 5. Fastor.
Fulvusq; Tonantis - armiger. Claudianus.
Accurrit niveo quam flammiger ales olori. Statius l. 8. Theb.
Aer ingenuis patet,
In pugnas aquilis. Sarbievius l. 4. Lyricorum.

Vide Avis.

 ARBOR,

ARBOR.

Hostiles suspendit in arbore cristas. Claudianus l. 1. in Rufinum.
Abstulit arboribus pretium, nemorisq; laborem
Alcides. Lucanus in Pharsalia.
Statq; peregrinis arbor opaca comis. Ovidius
Illius lachrymis quas arbor fundit odora
Ungimur. Idem.
Præbet lætas arbor spatiantibus, umbras. Idem.
Sub qua nunc recubas arbore, virga fuit. Idem.
Radices altius arbor agit. Idem.
Felix secreto quæ nata est arbor in agro,
Et soli Domino ferre tributa potest. Idem.
Rara nec hæc felix in apertis eminet arvis
Arbor. Idem l. 2. Tristium.
Quæq; imminet, effugit arbor. Idem l. 4. Met: de Tantalo
Ipsa suos gemitus foliis inscribit. Idem l. 10. Metamor.
Turpis sine frondibus arbor. Idem l. 13. Metamorph.
Et modo firmatis operitur frondibus arbos. Ovid. l. 1. Fast.
Et gravibus ramis totum protexerat orbem. Idem l. 3. Fast.
Et quantùm trunci, tantum mea nomina crescent,
Crescite, & in titulos surgite rite meos. Idem.
Stat vetus, & multos incædua sylva per annos,
Credibile est, illi Numen inesse loco. Idem.
Mollesq; sub arbore somni. Virgilius.
Terræ defigitur arbos. Idem.
Utilis arbor aquis. Idem.
Latè ramos & brachia tendens. Idem l. 1. Georgicorum.
Ipsa ingentem sustinet umbram. Idem ibidem.
Se medio trudunt de cortice gemmæ. Idem l. 2 Georg.
Ruptis radicibus arbor, - vellitur. Idem l. 3. Æneidos.
Intenditq; locum sertis, & fronde coronat. - Funera.
Idem l. 4. Æneidos.
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus
Ostendat nemore in tanto. Idem l. 6. Æneidos.
Latet arbore opaca - aureus. Idem l. 7. Æneidos.

Et ne-

Et nemorum Dodona parens. Idem.
Frondibus, & patula defendimus arbore soles. Statius l. 3. Sylvarum.
Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos. Silius l. 5.
- - - - totumq; canora
Voce nemus loquitur, frondemq; virescit in omnem.
Manilius l. 3.
Elisyum possidet umbra nemus. Martialis.
Arbor æstivâ recreatur umbrâ. Horatius.
- - - - - neq; harum quas colis arborum,
Te præter invisas cupressos.
Ulla brevem dominum sequetur. Idem. l. 2. Odarum.
Sub nostræ ramis constitit arboris. Seneca in Oedipo.
Arboris antiquæ qua levis umbra cadet. Tibullus l. 1.
Æstivos ortus vitare sub umbra - arboris. Idem ibidem.
Jam resonant frondes, jam cantibus obstrepit arbos.
Calphurnius.
Fronde tamen viret incolumi. Prudentius.
Excluduntq; diem ramis, intensaq; latè
Attollunt capita. Corippus l. 3.
Nec foliis nudat ramos autumnus in illa. Priscianus Cæsar.
Nitescet meliore solo, cæliq; tepentis
Nutrimenta trahens, succo se nectaris implet. Festus Avianus
Frondibus arboreis laudem, cælestibus hymnis,
Obvia turba dedit. Sedulius.
Scribentq, levi molles in cortice versus. Theocritus.
Me venerare - - sum nobilis arbor,
Cortex tua scriptus habebit nomina. Idem.
Olim quas vellent esse in tutela sua.
Divi legerunt arbores, quercus Jovi,
Et myrtus Veneri, Phæbo laurea,
Pinus Cybelæ, populus celsa Herculi. Phædrus l. 3.
Bacchus lætitiæ dator,
Gratis frugibus arbores. - - fæcundet. Pindarus.
Floret mirabilis arbor. Priscianus de Orbis situ.
Assiduèq; tenet flores genus arboris omne. Idem ibidem.
Qualibet ex fructu proprio cognoscitur arbor. S. Columb.

Stabis

Stabit perenni vividum lignum coma. Paulinus Nolanus.
Conjunctis sociatur nexibus arbor. Ennodius.
Et quæ fumificas arbor vittata lucernas
Sustinuit, cadit ultrici succisa bipenni. Prudentius.
Ut novus est viridi productus ab arbore ramus. Faustus
Fructifera numerosus ab arbore ramus
Nascitur. Idem.
- - - Seditve sub arbore sacra. Ovidius l: 4 Fasto:
Sum Palladis arbor. Alciatus in Emblema
Celsa super Cedros. Venantius Fortunatus
Non aurum in viridi quæritis arbore. Boëtius l: 3
Funesta est arbor. Alciatus in Emblem:
Sua quietus quilque sub arbore. Sarbievius l: 4 Lyric:
- - - - - - per aera ramos
Effundens trunco non frondibus efficit umbram. Lucanus lib: 1
Omnis & humanis lustrata cruoribus arbor. Idem lib: 3
Et nemora indigenæ Fauni, Nymphæq; tenebant,
Gensq; virûm truncis, & duro robore nata. Virgiliꝰ l. 8 Æneidos.
Et ramis sidera celsa petit. Martialis lib: 9
Frondibus & patula defendimus arbore soles. Statiꝰ l. 3 Syl:
Ingemuitq; solum, vicinaq; palluit arbor. Ovidiꝰ l: 14 Met.
Sacros servabat in arbore fructus. Virgilius.
- - sab ramis arboris altæ. Lucretius l: 2.

ARCUS.

QVam felix arcus, certiq; petitor - - vulneris. Claudianꝰ,
Pars nobilis arcu. Idem de Honorio
Nec manus agnoscit, quem non exercuit arcum: Idem.
Sic Amphioniæ pulcher sudore palæstræ.
Alcides pharetras, Dirceaq; tela solebat,
Prætentare feris, olim domitura Gigantes,
Et pacem latura polo. Idem

Corneus huic arcus, si non foret aureus illi. Ovidius l. 1 Metamorphosis
Jam mihi prima Dea est, arcu præsignis adunco Idem
De more habilem suspenderat arcum. Virgilius
VirginibusTyriis mos est gestare pharetrã. Idem l. 1. Æneit
Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis
Treijciis: lato quam circum amplectitur auro, Idem l. 5 Æneidos.
Insignem pharetram, Liciasq; sagittas. Idem l: 8 Æneid.
Jaculoq; potest, qui prævalet arcu. Statius
Apollo - fulgente decorus arcu. Horatius
Neq; semper arcum - tendit Apollo. Idem
Aût cytharam, aût arcus, præclari insignia Phæbi. Callimachus
- - - - - procul spicula torquet,
Super arcum imposita sagitta est. Moschus Siculus.
Populus metuendus in arcu. Dionisius Tessalonicensis,
Nimiûm cæptis gens mira sagittis. Idem
Martia gens Parthi, telis arcuq; potentes. Idem - - -
Gnosiacosq; arcus, pictamq; pharetram,
Noxia dona time, quidquid tetigére perurunt. Lucianus
Arcu gaudens soror aurea Phæbi. Homerus l. 2 Iliados
Arcus ille tuus, quo te donavit Apollo. Idem l. 15 Iliados
Arrepto properat fidentior arcu. Idem l. 25.
Arcum intensio frangit. Publius Mimus.
- - - Hic ubi succincta arcu
Colitur Diana aureo. Sophocles.
- - - - atq; huic quidem usui
Hic servit arcus, præpetes liquido æthere
Feriens columbas. Idem in Philoclete
Non nostra amplius arcu dextera
Stridentia torquebit tela. Idem ibidem.
Mors & amor gemino pugnat de laude triumpho,
Mors pharetrâ, pharetra conspiciendus amor. Sarbievius in Epigram.
Castus amor ramo pharetram cõmendat & arcum, Idẽ ibid:
Me segnis non figis Amor, sunt omnia præsto.

Christe- Crux

Crux arcus, jaculum Christus, & Hostis ego. Idem ibidem
Templis tibi victor arcus
Virgo suspendit. Idem l: 1 Epodon:
Sunt & novarum non vacuæ mihi.
Laudum pharetræ, prome reconditum.
O Musa telum, quem sonoro
Pieridum jaculemur arcu,
Sit meta Præsul. Idem l. 4 Lyricorum
Noviq; reptabunt per arcus,
Scuta, per & galeas nepotes. Idem lib: 4 Lyricorum.
Adducto constitit arcu - alta petens. Virgilius l. 3 Æneid.
Addit & Herculeos arcus, hastamq; Minervæ. Juvenalis Satyr 13.
Achæmenio velocior arcu - evolat. Silius l. 14

ARDEA.

- - - - - - ausa volare
Ardea sublimis, pennæ confisa natanti. Lucanus l. 5
- - - - - - notasq; paludes
Deserit, atq; altam, supra volat ardea turbam. Virgilius lib: 1 Georgicorum
Locus ardea quondam
Dictus, avis & nunc magnū manet Ardea nomen. Virg: l.7

Vide Avis.

ARMA VARIA.

Arma fuêre decus. Silius l. 9
Perpetuos meruit Domus ista triumphos. Ovidius.
Teloq; animus præstantior omni. Idem.
Dij precor à nobis omen removete sinistrum,
Et sua det reduci vir meus arma Jovi. Idem.
Arma viri forti, medios mittantur in hostes. Idem inMeta:
Fortisq; viri tulit arma disertus. Idem ibidem
Postulat ut capiat, quæ non intelligit arma. Idem in Meta.
Vivit semper in armis. Ovidius.
Animos exercet in armis. Idem
Positis secessit ab armis. Idem in Epist: Heroidum.
Heu patior telis vulnera facta meis. Idem ibidem.
Mars Latio venerādus erat, quia præsidet armis. Idē inFastis
Armaq; quæ sparsi sanguine sæpe meo. Idem ibidem
Miles ut emeritis non est satis utilis armis,
Ponit ad antiquos, quæ tulit arma lares. Idem l. 4 Tristiū
Tunc genus humanum positis sibi consulat armis. Lucan9
Maximus est armis, maximus ille Togâ. Statius l. 4Thebai:
- - - - pax quæritur armis. Idem l. 7 Thebaidos
Paribus Mavors flagrabat in armis. Silius l. 9.
Osculor arma tua. Propertius.
- - - Mars sævit in armis. Martialis.
Explicuit sua victor arma. Horatius l. 4 Odarum
Pro mænibus arma fuêre. Silius l. 11.
In medios fert arma globos. Idem ibidem.
Cedant arma Togæ. Marcus Tullius Cicero.
Ostendunt aliquem tela fuisse virum. Avianus in Fabulis
Hæc arma semper ferre consvetum est mihi. Euripides
- - - - - arma suspendat mea
In prælium certaminis Sophocles in Ajace.
Vitanda nulli vibrat, & lethalia.
Manu feroci spicula. Idem in Philoctete
Vis decorare tuum ditissima Roma Senatum,
Suspende exuvias, armis, & sangvine captas. Prudentius
Suspenderet illicet arma - emeritus juvenis. Sidonius
- - - - - - super omnia semper
Arma, fides valuit. D. Paulinus Nolanus.
Arma valete, novū me vocat, inquit opus. Sarbievi9 inEp:
- - - - - sint ferrea tela,
Ipse mihi - - - aureus inquit erit. Idem.
Formosa fortes arma timent viros. Sarbievi9 l. 1 Lyric:
Sua

Sua ſacrat arma. Idem l. 3 Lyricorum.
Hinc Lechus, atque hinc Littavus aureis
Collucet armis. Idem l. 4 Lyricorum.
Nec ſecundis heu nimium ſocij
Credamus armis. Idem l. 4 Lyricorum.
Supereſt telo poſt vulnera curſus. Lucanus l. 3.
Tela - exornantq; Deum, ac nudum pectoreMartē. Idē l.3
Moriamur, & in media arma ruamus. Virgilius
Rurſus in arma feror. Idem.
Multaque præterea ſacris in poſtibus arma,
Captivi pendent currus, curvæq; ſecures. Idem l. 7 Æneid.
In me omnia tela. Idem l. 9 Æneidos.
O famâ ingens, ingentior armis;
Quibus Te laudibus æquem. Idem l. 11 Æneidos.
Ambo animis, ambo inſignes præſtantibus armis. Idē ibid.
Spem ponis in armis. Idem ibidem.
Et nos tela, pater, telumq; haud debile dextrâ
Spargimus,&noſtro ſequitur de vulnere ſangvis. Idē l.12Æn.
Telum immedicabile torſit. Idem ibidem
Spoliis, armiſq; exultat avitis. Claudianus.
- - - - - fortis in armis
Sternat, & adverſos Marte favente, Duces. Tibullus.
Telumq; in cæde reliquit. Silius l. 7
Adverſumq; premit telorum nubibus hoſtem. Idem ibid.
Nomen in armis. Idem l. 13.
Quantus creſcit in armis. Idem l. 1.

Vide Arcus, Gladius, Haſta, Sagittæ, Vir armatus.

A S C I A,

Seu STARZA, TOPOR, BOKIJOW, OKSZA, SIEKIERY.

Conſcen-

CONſcendant Roſtra ſecures. Claudianus.
Captivi pendēt arcus,curvæq; ſecures. Virgilius l.7Æneid.
Formido ingentem vibrat ſuccincta ſecurim. Claudianus
- - - Latias auſi vibrare ſecures. Idem.
- - - properat proſternere cedros. Idem de Raptu Proſerp.
Si robora ſacra ferirent,
In ſua credebant redituras membra ſecures. Lucanus l. 3.
Jubet immiſſo ſylvam procumbere ferro. Idem ibidem.
Ictibus immodicis validæ præcisa ſecuris. Ovidius.
Percuſſit colla ſecuri. Idem l. 15 Metamorphoſis.
Apta jugo cervix non eſt ferienda ſecuri. Idem l. 4 Faſtorū.
- - - - - - & ſtricta ſæpe ſecuri,
Supplicium vectigal erit. Manilius l. 5
- Cadit ultrici ſucciſa bipenni. Prudentius.
Et queis rexerat omnia,
Findet laurigeris ligna ſecuribus, Sarbievius l. 1 Lyricor.
Spicula,cælatamq; argento ferre bipennē. Virgilius l. 5 Æn.
Victor nil trepidans retro jactare bipennem
Callebat, nulla belli non parte timendus. Silius l. 16
- - - - - vibratq; incerta ſecurim,
Ipſum etiam petitura Jovem. Claudianus.
Crebriſq; bipennibus inſtant. Virgilius l. 2 Georgicorū.
Corripit æratam jam dudum in bella bipennem. Silius l. 5
Properans cædem oſtentare bipenni. Idem l. 2.
Sonat acta bipenni,
Frondoſis ſylva alta jugis. Idem.
Victimaq; admotæ ſtabat ſubjecta bipenni. Idem. l. 16

Vide Arma, Secures.

A V I S.

OMina non albæ concinuiſtis aves. Ovidius.
Nunc quoq; in alitibus facundia priſca remanſit.
Idem l. 4 Metam. E qui

- - - - qui sidera sentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pennæ. Virgilius l. 3. Æneidos.
- - - - - - tam maximus heros
Maternas agnoscit aves, lætusq; precatur. Idem l. 6 Æne.
Scit bene, quid fati provida cantet avis. Tibullus.
- - - - - - date candida cives
Omina, & inceptis dextera cantet avis. Propertius.
Una decem quoties sæcula vixit avis. Martialis l. 5.
Qui gestat in alite Phæbum. Manilius.
- - - - - si nostra volatu
Fata loquuntur aves. Sidonius.
Et simul ex alto, longè pulcherrima, præpes,
Læta volavit avis. Ennius.
Quærit sidera pennis. Avianus.
Sed mihi mæsta placet avis,
Jovis altifremi nuncia. Sophocles in Electra.
Pernicibus alis - per cælum tranat volucris. Phocylis.
Retia cum pedicis, laqueosq; , artesq; dolosas
Tollite, nec volucres viscatâ fallite virgâ. Ovidi9 l. 5 Met.
Non avis utiliter viscatis effugit alis. Idem.
Occidit aëriæ celeberrima gloria gentis. Statius.
Multaq; cantantes umbra tegebat aves. Propertius.
Et visam primùm consulit augur avem. Ovidi9 l. 1 Fast.
Regna Palatinæ prima dedistis aves. Idem l. 5 Fastorum.
Dextros agnovit in alite Divos. Silius l. 13.

B O S

Seu C I O Ł E K.

OCtavo domuit magno luctamine tauru. Virgil: de Her:
- - - - fugit cum saucius aram
Taurus, & incertam excussit cervice securim. Idē l. 2 Æne.
In prælia tauri - cornibus incurrunt. Idem l. 11 Æneid.
- - - - - - subit æthera taurus. Idem de Signis.
Cornigerûm Ductor gregis Europæ quoq; vector. Idem
- - - - duro fumans sub onere taurus. Idem.
- - - - taurus medio nam sidere lunæ
Progenitus, Dictæa Jovis possederet arva,
Fulmen ab ore venit, flammisq; furentibus ardet
Spiritus. Claudianus de Hercule.
- - - - discussâ fugit ab ara - taurus. Lucanus.
Patiens sit taurus aratri. Ovidius
Quò non fama tuæ penetravit laudis Jason:
Æripedes per se Martis arasse boves. Idem
Martis erant tauri plùs - quàm per cornua sævi,
Quorum terribilis spiritus ignis erat:
Ære pedes solidi, prætentaq; naribus æra. Idem.
Pressiq; jugo gemuere juvenci. Idem l. 1 Metamorphosis
Ille Pater, Rectorq; Deûm, cûi dextra trisulcis
Ignibus armata est, qui nutu concutit orbem,
Induitur facie tauri. Idem l. 2 Metamorphosis
Ingens ubi victima taurus concidit. Idem l. 8 Metamorp.
Sub juga bos veniat, sub terras semen aratas. Idē l. 2 Fast.
State coronati plenum ad præsepe juvenci. Idē l. 1 Fastorū
A bove succincti, cultros removete Ministri,
Bos aret, Idem l. 4 Fastorum.
Jugumq; suis poscit cervicibus ipse. Manilius.
Princeps armenti taurus. Idem l. 2.
Horrida tauri - bella movent. Statius
Nota in pascua taurus - bellator redit. Idē l. 3 Thebaid.
Fataq; vocales præmonuisse boves. Tibullus
- - - - nunc ad præsepia debent
Plena, coronato stare boves capite. Idem l. 1
Interea pax arva colit, pax candida primùm
Ducit araturos sub juga curva boves. Idem ibidem.
Et statuit fessos, fessus & ipse boves. Propertius
Taurus ferit uncis cornibus hostem. Idem
Grandævìq; negant ducere aratra boves. Idem

primò

- - primò taurus detrectat aratra,
Post venit assveto mollis ad arva jugo. Idem
Cornibus erumpant armata fronte juvenci. Dracontius l. II
Persarum Regem Babylonica Regna tenentem,
Post decus Imperii, novimus esse bovem. Idem l. 2
- - - - - ignea taurus
Cornua frôte gerês, & lucidus igne minaci. C. Cæsar Ger:
Tauro Jove digna, vel auro. Valerius Caro.
Aureo taurus rutilante cornu - - labitur signis. Seneca
Appellite aris candidum tergo bovem. Idem in Oedipo
- - - illic requiescere noster
Taurus amat, gelidaq; jacet spoliatus in umbra. Calphurnius
Et tua mærentes expectant
Nubila tauri. Idem ibidem
Corniger est valido connexus corpore taurus. Cicero in Phænomenis.
- - - boves spectantes lumina cæli. Idem in Prognosticis
Non solùm scimus bene aratos scindere sulcos,
E pelago navos ducimus ecce boves. Aulus L. Archias,
Nitido tauri cum sidere fulsit. Aratus
Stellantia cornua tauri. Idem
Sic Hyades, tauri toto procul ore coruscant. Idê in Zod:
Occidui, taurus subit æquoris undas. Idem ibidem.
Ceditur ingens - victima taurorum, Callimachus
Mactato, fecit splendida sacra bove. Apollodorus
Tyriæ per undas vector Europæ nitet. Seneca in Hercule
Ruraq; centeno scindat opima bove. Boëtius.
Centimanūq; Gygen, semibovēq; virum. Ovid: l. 4 Trist.
Alcidem taurus in astra tulit. Martialis
His omnibus actis - tauris deme jugum. Hesiodus.
Atq; in tauro colitur Jovis
Filia, celebris casta Diana. Sophocles in Ajace,

Vide Taurus.

CALVA-

CALVARIA,

Seu TRUPIA GŁOWA.

Cui referet serus præmia digna cinis. Martialis l. 9
Pascitur in vivis livor, post fata quiescit,
Tunc suus ex merito quemq; tuetur honor. Ovidius
Post tot quoq; funera vinco. Idem
Per funera septem - efferor. Idem
Dimidia certe parte superstes ero. Idem l. Tristium.
- - - - primoq; exstinguor in ævo,
Nec mihi mors gravis est. Idem l. 3 Metamor:
Et tulit ad manes junctæ solatia mortis. Idem l. 5 Metam
Mors mihi munus erit. Idem l. 1 Tristium
Famaq; post cineres major venit. Idem de Ponto.
Mors sola fatetur - quantula sunt hominum corpuscula, Juvenalis.
Exoriare aliquis nostris de ossibus ultor. Virgil: l. 4 Æneid
- - - - - non virtutis egentem
Abstulit atra dies, & funere mersit acerbo. Idê l. 12 Æneid.
Desinat elatis quisquam confidere rebus,
Omnia mors æquat. Claudianus.
Majus ab exequiis nomen in ora venit. Propertius
Tecum unà, tota est nostra sepulta domus. Catullus.
Verissima mortis imago. Ovidius in Tristibus.

Vide Caput Hominis, Tumulus.

CAMPUS,

Seu KOTFIC.

 Itur

I Tur in æterno veſtitos murice Campos. Claudianus.
--- Elyſioſq; magis mirabere campos,
Cultoreſq; pios. Idem l. 2 de Proſerpina.
Hîc & belligeros exercuit area luſus,
Armatos hic ſæpe choros. Idem de Conſulatu Honorij
Nondum ſiccos hoc ſangvine campos. Lucanus l. 7
Latis projecta cadavera campis. Idem ibidem.
Stent aggere campi - eminus. Idem ibidem.
- - - - nudâ fuſus, arenâ. Idem l. 9
Patriæ fines & dulcia linquimus arva, Virgilius.
Strepit omnis - murmure campus. Idem.
Læta boum paſſim campis armenta videmus. Idem
Illius immenſos miratur Græcia campos.
At minor eſt nobis, ſed bene cultus ager. Idem
Largior hic campos æther, & lumine veſtit
Purpureo. Idem l. 6 Æneidos
Et vix congeſtas area capit opes, Ovidius l. 4 Faſt.
Vidit & e domito ſuſtulit orbe caput. Idem ibidem
Gens fuit & campis, & equis, & cura ſagittis. Idem ibid.
Latos implevit ſangvine campos. Idem l. 11
Et campos abſcondit ſtrage virorum. Idem ibidem
Martis gramina campus habet. Ovidius l. 4 Faſtorum.
Partem fuſi monſtrantur in omnem
Lugentes campi. Virgilius l. 6. Æneidos.
Campoſq; nitentes - deſuper oſtentat. Idem.
Et campos ubi Troja fuit. Idem l. 3 Æneidos
- - - tenuis tibi campus aratur,
Illud erat magnæ fertilitatis opus. Ovidius
Continua meſſe ſeneſcit ager. Idem
Triſtia deformes pariunt abſinthia campi. Idem l. 1 Met.
- Florumq; coloribus almus
Ludit ager - - Idem 15 Metamorphoſis
Millia quot Martis gramina campus habet, Idē l. 5 Triſt.
- - - Deus in campo proſpicit ipſe ſuo. Idem l. 2 Faſtor.
Bellorum, bellatorumq; virorum campus. Silius l. 1.
Ardua puniceo panduntur Olympia campo. Idem
Claro

Claro perfundit lumine campos. Idem l. 10
Heu ſpinoſus ager fatorum clade gravatus. Juvenalis
Triſti Cupreſſo luxurioſus ager, Martialis
Hic campo indulget. Perſius Satyra 1
Non vacuo poſcebat prælia campo. Propertius
Fata - - claudunt campos formidine mortis,
Mendaceſq; parant foveas. Martialis l. 5.
- - - - - - tulit veſtigia campus. Idem ibidem
Cùi cælum campus fuerat. Manilius l. 5
Cereris dat munera campus. Apollonius
Elyſios olim liceat cognoſcere campos. Tibullus
- - - - - ipſe agmine magno.
Feſtinata citus per campos ſigna movebat, Silius l. 12
Invadunt campum, & latè fulgentibus armis
Accendunt ultro lucem ſurgentis Eoi. Idem ibidem
Namq; tibi Elyſio repetita oracula campo. Idem l. 13
Mors juvenem campos miſit ad Elyſios. Tibullus
Servans ad prælia campos. Silius l. 8
Securo valeas te reddere campo. Avianus
Curſum diffundite campis - flumina. Valerius Cato
Invideo vobis agri, - - - - -
O fortunati nimium, multumq; beati. Idem
Quid juvat? latè radiaſſe pingves,
Sangvine campos. Sarbievius l. 2 Lyricorum
Fluxit ager potiore vena. Idem l. 1 Lyricorum
Campos lavit amne gazæ. Idem l. 2 Lyricorum.
Reſtituet ſata læta campis. Idem l. 3 Lyricorum
Fatigat in campis aratra,
Et galeas clypeoſq; paſſim, ac
Magnorum acervos eruit oſſium. Idem l. 4 Lyricorum
Plano generoſior campo pugna calet. Idem ibidem
Sidera paſcit ager Idem ibidem
Innoxius ipſe - meſſibus albet ager. Idem ibidem
Conſertus haſtis campus, & horridi,
Collata tempeſtas Gradivi. Idem ibidem
Heu quæ jacentûm ſtrata cadaverum,
Campum retexêre, Idem ibidem

Purpu-

Purpureis floret ager rosis. Idem ibidem.
Campo coronam figimus. Idem ibidem.
Non iterum reditura campis. Idem ibidem
Omnia sint, unus magnarũ campus aquarũ. Idem l. Epod.
Pia signa campis - protinus stabunt. Idem ibidem
- - - - - si quæ est fiducia dextræ,
Det se se campo, atq; ineat certamina mecũ. Silius l. 15
Et placidos fœcundet sanguine campos. Idem l. 1
Jacet campis Carthaginis horror. Idem l. 15
Nonne vides quàm præcipiti certamine campum
Corripuêre, ruuntque Virgilius,
Luserat in campo fortunæ filius omnes. Horatius.
Deterso nondum repetebat sangvine campum. Claudian.
Dulcia linquimus arva. Virgilius
- - - - - - tulit vestigia campus. Manilius
- - - - - - pietasque insignis, & ætas,
Belligeris fecit miranda silentia campis. Silius l. 4.
Jamq; fere medium, evecti certamine campum, Idem l. 16
Consurge, vola, perlabere campum. Idem ibidem
Jamque per extentos, alterna strage virorum,
Corpora fusa jacent campos. Idem l. 15
- - - - - - - - per densissima campi,
Corpora tot dantem letho, quot spicula torsit. Idẽ ibid.
- - - - - - - - omnis ferrea latè
Tempestas operit campos. Idem 15

CANCER.

Seu WARNIA.

SOl abit è Geminis, & Cancri signa rubescunt. Ovidius
Premit æquorei sol fervida brachia Cancri. Idem
Æstus erat, mediusque dies, solisque vapore
Consera littorei fervebant brachia Cancri. Idem l. 1 Met.
Cancri-

Cancrique figura calentis. Virgilius de Signis.
Cancri repentis imago. Idem ibidem.
Cancri torridus ignis. Idem ibidem
Cancro jam comes æstus. Idem ibidem.
Cancri sub sidere tardi. Idem ibidem.
Ille dies, quàm longus erit sub sidere Cancri. Idem
Niger obscura cancer sub nube feretur. Manilius l. 5
Quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, VirgoLeonẽ. idẽ l. 1
Lumina cancro - desunt. Idem l. 2
Sublimemque colit Cancrum. Idem
Una dies toto Cancri longissima signo. Idem l. 3
Ardent Æthyopes Cancro, cùi plurimus ignis. Idem ibid.
Patrum vestigia ducunt. Juvenalis Satyra 14.
Cancri sidus in æstu. Boetius.
Claro collucens lumine Cancer. Cicero in Phænos.
Pandens ferventia sidera Cancer. Idem ibidem
Jam simul ut superô se toto lumine Cancer
Extulit, extemplo delapsa corona. Aratus.
- - - - - - - fert vestigia Cancer. Avianus in Fabulis
Accensa in cancro jam tunc geminabitur æstas. Aratus.
Solstitium tardi cum sidere Cancri. Manilius.

CANIS.

NEc desunt comites, sedula turba canes. Ovidius.
Sæpe citos egi, per juga summa canes. Idem
Sæpe canes, leporesq; una jacuêre sub umbra. Idẽ l. 1 Fast.
Latratu signa dederunt. Idem l. 3 Metamor.
Pervigilantq; lares, pervigilantq; canes. Idem l. 5 Fastor.
Venatur cursu canis, & latratibus instat. Virgilius.
Nec tibi cura canum fuerit postrema. Idem l. 3 Georgis
Exoriturque Canis, latratq; Canicula flammas,
Et rapit igne suo, geminatq; incendia solis. Manilius l. 5
Canis astra tenet. Ausonius in Epigrammat.
Canis ipse tacet. Tibullus.
quâtis

- - - quêis turba canum, non segnius acres
Exilit ad lituos, pugnasq; capessit heriles. Valeri9 Flac, l. 8
Pervigil Regni canis. Seneca in Hercule.
Militat in sylvis catulus. Horatius
De cane fecit ovem. Cælius Sedulius,
Incipe volucres catulos immittere pratis. Nemesianus
Tempore quo medios oculis depellere somnos,
Ductores svevêre canum. Apollonus Rhodius
Cum canis Erigones flagrans Hyperionis æstu,
Arboreos aperit fœtus. Columella.
Canis æstifer ardet. Ausonius
- - - - rutilo cum lumine claret
Fervidus ille canis, stellarum luce refulgens. Cicero.
Canis vestigia prima videntur. Idem
Forte canis quidam nullis latratibus horrens. Avianus.
Ut cum pro teneris catulis canis anxia latrat. Homerus
Pervigil ante fores sedet ille, domumq; tuetur. Hesiodus
Naribus indagant vestigia certa ferarum. Empedocles
Veloces Spartæ catulos, acremq; Molosũ. Virgil: l.3 Geor:
Et demam celeri, ferrea vincla cani. Propertius.
Quamq; erat Actæon sylvis mirandus, & ante,
Quàm canibus nova præda fuit. Manilius l. 3.
Et tria vipereo fecimus ora cani. Ovidius.

C A P E R,

Seu HIRCUS, WIERUSZOWA, KOZIEGŁOWY.

ITe meæ (quondam felix pecus) ite capellæ. Virgilius
Vite caper morsa, Bacchi mactatus ad aras. Idem
Ecce feræ saxi dejectæ vertice capræ. Idem
Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capellæ. Idem
An nescis? meus ille caper fuit. Idem

Similes sic matribus hædos. Silius l. 5
Hædulus è toto grege mollior, inscius herbæ,
Qui plus lactis habet, quàm sangvinis. Juvenalis
Nobilis, & mundi nutrito Rege Capella,
Cujus ab uberibus magnum ille ascendit Olympum,
Lacte fero crescens ad fulmina, vimq; tonandi. Manilius l. 5.
Hædus in astris - erranti similis. Idem l. 5.
Hædus inhumani raptus ab ore lupi. Martialis l. 10
Voveram dulces epulas, & album
Libero caprum, prope funeratus,
Arboris ictu. Horatius
Caper imbuat aras. Calphurnius in Eclogis.
Corpore semifero, magno Capricornus in Orbe. Marcus Tullius Cicero.
Alma Jovis nutrix longo vestita capillo. Symphosius.
- - - - - illa putatur
Nutrix esse Jovis, si verè Juppiter infans,
Ubera Cretææ mulsit fidissima capræ,
Sidere quæ claro gratum testatur alumnum. Aratus.
Festinos Capricorne foves penetralibus ignes. Manilius.
Victima grata sacris. Martialis de Hirco.

CAPUT HOMINIS,

Seu MORA, CAPUT URI, seu POMIAN, & WIENIAWA.

NObile, nec victum fatis caput. Lucanus l. 7.
Quid profuit altum erexisse caput? Claudianus
Non contigit ulli - hoc vidisse caput. Idem de Nilo
Muraliq; caput summum cinxêre corona. Lucretius l. 2
Cingite flore caput. Ovidius
- - - circum caput omne, micantes
Deposuit radios, propiusq; accedere jussit. Idē l. 2. Meta.
Obruit

Obruit infaustum dira procella caput. Idem.
Excepi nubem belli, solusq; ruenti
Objeci telo caput, atq; in me omnia verti. Silius l. 16.
At postquam fortuna loci caput extulit hujus,
Et tetigit summos vertice Roma Deos. Ovidius l. 1 Fast.
Dat tibi nostra locum tituli fortuna, caputq;
Conspicuum, pietas quo tua tollat habet. Idem
Porrigit è mediis caput immortale ruinis. Virgilius.
Argutumq; caput. Idem.
Toto vertice supra est. Idem
Placidum caput extulit undâ. Idem l. 1 Æneidos
Cælo capita alta ferentes. Idem l. 3 Æneidos
In vertice soles. Idem l. 4 Æneidos.
Adversum, sociis ultro caput hostibus offert. Idem
Decorum & gratum terris, Magnus, caput. Silius l. 14.
Caput descendere jussit - in cælum. Juvenalis Satyra 6.
Æthereo contingens vertice nubes. Tibullus l. 1.
Debueram sertis implicuisse caput. Idem l. 3
Hærentem capiti multa cum laude coronam. Horatius.
Armis obvium opponam caput. Seneca in Thebaide.
Nunc levat in auras altior solitò, caput. Idem in Agamemnone
Astris inferit caput. Idem in Hercule
Proximum Phæbo caput. Idem in Oedipo
- - - subdidit mundo caput,
Nec flexit humeros molis immensæ labor. Idem in Herc.
- - - ne sis pars gentis iniquæ:
Qui sanctæ caput esse potes. Cajus Marius Victor.
Altius à vitiis exeruisse caput. Pedo Albinovanus
Capitiq; decoro - altus honos. Nemesianus
- - - - - cur fugimus sacrum
Immiscere periculis,
Cælo tecte caput non sine stemmate. Sarbievius l. 4 Lyric.
Vertice sidera pulsat. Corippus l. 3.
- - - - - - cladesque rependit,
Unum inter strages tutum caput. Silius l. 14
- - - - - - sedit plaudente Senatu,
Prælatum Sanctis extulit ille caput. Ennodius
tum

- - - - tum pronus adustum
Corripiens manibus cinerem, nigramq; favillam.
Inspergit capiti. Homerus l. 18 Iliados.
Sidereo caput imminet Orbi. Hesiodus in Theogn.
In caput hoc grandi decumbit pondere cælum. Theognis in Senten.
Casibus innumeris objicit illa caput. Idem
Pene caput tristis merserat hora meum. Boëtius l. 1.
Rex erit ille meus,
Cûi caput est aurum. Sarbievius in Epigram.
Nullæq; vacant à fronte coronæ. Barlæus.
Emerito sacrum caput insere cælo. Silius l. 7.
Cælum qui vertice fulcit. Virgilius l. 1 Æneidos
Effer è terris caput. Sarbievius l. 4 Lyricorum
- - - - - qua tandem poneret arce
Quæsitum fortuna caput. Silius l. 1
Nullo superabile bello - progenuisse caput. Idem l. 17
Non mortis laqueis expedies caput. Horatius l. 3 Odarū.

CAPUT ASINI,

Seu PUŁKOZIC.

Excepit venerabile pondus asellus,
Assvetum vecturus onus. Paulus Petracoriensis.
Dominū portans mansvetæ pullus asellæ. Drepanius Florus
Miserandæ sortis asellus. Ovidius.
- alium - - sibi quærit asellum. Juvenalis.

CATENÆ, TORQVES.

Seu KIETLICZ.

Sæpe

SÆpe Deûm nexis ornatæ torquibus æræ. Virgilius. l. 7 Georgicorum.
Sævaq; multisonas exercet pæna catenas. Statius l. 2 Theb:
Hunc frenis, hunc tu compesce catenâ. Horatius.
Sed vincio vincta vicissim. Symphosius
- - - His est tibi Roma catenis,
Perpetuata salus, horum circumdata nexu,
Libera semper eris: Divus Arator l. 1.
Vincula solvit amor, quæ quondam nexuit alter. Ennodius
Qui mentes hominum compede nectit. Gregorius Nanz:
Premit, ac vinclis, & carcere frenat. Virgilius
Et centum vinctus ahenis - post tergum nodis. Idem
Me Pater sævis oneret catenis. Horatius.
Sed pondere lassa catenæ - est manus. Ovidius.
Corrumpit dura catena manus. Propertius
Magnanimo miles meritas innecte catenas. Silius
Invadit, vincitq; manus post terga catenis. Idem
Ecce trahebatur, lucemq; (heu dulcia cæli
Lumina) captivus vitæ inter vincla petebat. Idem
Impediunt geminas vincula firma manus. Ovidius.
Tu graves demes populo catenas. Sarbievius l. Epodon.
Cohibet severæ - lege catenæ. Idem l. 4 Lyricorum
Sustulit exutas vinclis ad sidera palmas. Virgilius l. 8
Et sævis Proserpina vincta catenis. Claudianus.
Atq; adamantæis discordia vincta catenis. Manilius.
Sed potius validâ teneamur uterq; catenâ. Tibullus l. 4
Sperasti famulas imponere posse catenas. Claudianus.
Nectit catenam fati adamantinam. Crinitus.

CERVUS,

Seu BROCHWICZ.

Cervi

CErvi capita alta ferentes. Virgilius in Eclogis:
- - - - tres littore cervos
Conspicit errantes, hos tota armenta sequuntur. Virgilius l. 1 Æneidos.
Tunc gruibus pedicas, & retia ponere cervis. Idem
Aut pavidos terret varia formidine cervos. Ovidius.
Ut cervum sævo morientem vulnere vidit,
Velle mori statuit. Idem in Metamorphosi.
Nec faciunt cervos cornua jacta senes. Idem.
Cervi luporum præda rapacium. Horatius
Ocyor cervô, & agente nimbos
Ocyor Eurô. Idem l. 2 Carminum
Quatuor at peragit cornicis sæcula cervus. Hesiodus.

CICONIA.

- - - - - - - expansis candida pennis,
Ipsa sibi plaudet crepitante ciconia rostro. Ovidius l. 6 Metamorphosis.
- - - - Cum vere nitenti
Candida venit avis, longis invisa colubris. Virgilius.
- - - - - elingvi venit alba ciconia rostro,
Insignis pietate. Juvenalis Satyra 4
- - - serpente ciconia pullos
Nutrit, & inventâ per devia rara, lacertâ, Idem.
Aerio, insignis pietate ciconiâ, nido,
Investes pullos pignora grata fovet.
Taliaq; exspectat sibi munera mutua reddi,
Auxilio hoc quoties Mater egebit anus.
Nec pia spem soboles fallit, sed fessa Parentum
Corpora fert humeris, præstat & ore cibos. Alciatus in Emblem.

Vide Avis.

CIR-

CIRCULUS,

Seu SALAWA.

PRæfulgens circulus auro. Corippus Africanus.
At vivit totum quæ gloria compleat orbem. Ovidius
Collectum metior orbem. Claudianus.
Candens nitet orbita mundo. Manilius.
Circulus in medio radians. Idem l. 1
Premit aureus Orbis. Idem l. 1
Lacteus innumeris redimitus circulus astris. Petrarcha l. 1 Epist.
Circulus obliquo latè jacet astriger Orbe. Aratus in Phænomenis.

Vide Annulus, Sphæra.

CLAVÆ,

Seu TRZY BUŁAWY.

NIl desperandum Teucro Duce, & auspice Teucro. Virg
Fuit nec bello major & armis. Idem l. 1 Æneidos.
- - - - - - genus insuperabile bello. Idem l. 4 Æneidos
Sunt nobis fortia bello
Pectora, sunt animi, & rebus spectata juventus. Idem l. 8 Æneidos.
Hic ego Dux, milesq; bonus. Tibullus.
- - - - - - sit fortis in armis,
Sternat & adversos Marte favente Duces. Idem

Primus inire manu, postremus ponere Martem. Silius l. 1
Altrix bellorum, bellatorumq; virorum tellus. Idem
Egreditur castris miles generosus ab iisdem.
E queis dux fieri quilibet aptus erat. Ovidius.
Nec sunt tibi Marte secundi. Idem
Maximus ille armis, maximus ille Toga. Idem.
Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic,
Quorq; neci dederis, quosq; quibusq; modis. Idē de Ponto
Agmina vastabat clavâ Silius l. 1
Instruxitq; manum clavâ domitrice ferarum. Ovidius.

CLAVIS AUREA,

Seu JASIENCZYK.

CLaudentur belli portæ. Virgilius l. 3 Æneidos
Clausa domo teneor, gravibusq; coercita vinclis. Ovidius.
Satis auro dives, & ostro - conspicuus. Statius l. 2 Thebai:
Multo spectabilis auro. Ovidius.
Obice firmo - - clauserat. Idem l. 4 Metamorphosis.

Vide Lateres aurei.

CLYPEUS,

Seu JANINA, LAGODA.

FOrmidato clypeus Titana lacessit
Lumine, quem tota variârat Mulciber arte. Claudianus
Clypeusq; trucem porrectus in hostem. Idem

pariter

- - - - pariter pro Virgine certant
Mars clypeo melior, Phæbus præstantior arcu. Idē de Proser
- - - - - potuitq; videri
Pallas si clypeum ferret si spicula Phæbe Idem
Jam trabeam Bellona gerit, parmamq; removit,
Et galeam, sacras humeris vectura curules. Idē de Honorio
Quis decor, incedis quoties clypeatus, & auro
Squammeus, & rutilus cristis; & casside major. Idem
Clypeum, defensoremq; dedisti. Idem
Tot prælia passus - integer est clypeus. Idem
Terribilem ostentans clypeum, quo patris, & una
Cælarat patrui spirantes prælia dira
Effigies. Silius l. 17
Ille coruscanti clypeo te sæpe volentem - sustulit. Claudi:
Quam notus clypeo, quanta vi fulminat hostem. Idem.
Sidereo flagrans clypeo, & cælestibus armis. Virgilius
Ille tamen clypeo objecto conversus in hostem Idem
Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Idem
Defigunt tellure hastas, & scuta reponunt. Idem.
Mutemus clypeos. Idem l. 7 Æneidos
Clypeum, Vulcani dona Parentis. Idem l. 8 Æneidos
Ferrea scuta tegunt humeros, & pectora latè. Idem ibid:
Nec sufficit umbo - - ictibus. Idem ibidem.
Concurrunt clypeis, ingens fragor æthera complet. Idem l. 12 Æneidos.
Invadunt Martem clypeis, atq; ære sonoro. Idem ibidem
Objectoq; dabat clypeo certamina. Idem in Culice.
- - - - - jam sumpserat ære
Fulgentem clypeum, clypeum sumpsisse decebat. Ovidius
Ecce levi scutum versatum leniter aura
Decidit, à populo clamor ad astra venit:
Tollit humo munus. Idem l. 3 Fastorum.
Hic clypei, galeæq;, & Martia signa virorum. Statius:
- - - - - clypeiq; cruenta
Lux rubet, & solem longe ferit æmulus Orbis. Idem lib: 3 Thebaid.
Clypeusq; fatiscit, - impulsu clypei. Silius.
Ille

Ille tegit clypeo fusum per membra cruorem. Idem
Perfossi clypei, & servantia tela cruorem. Idem.
Clypeusq; refertur in orbem. Idem l. 8
- - - - - - scutoq; nepotes
Fert avus, hic scuti dulcior usus erit. Ovidius l. 3 Fastorū
Rursus in arma vocat trepidos, clypeoq; tremendum
Increpat atq; armis imitatur murmura cæli. Silius l. 12
Consumit clypeo tela. Idem
Ærati radiavit luminis umbo Idem l. 2
Affixit clypei, currusq;, & spicula nota
Ædibus in parvis, magni monumenta triumphi. Idem l. 5
Et vetus in templo bellica parma vacat. Propertius,
Undantem clypeus defulgurat ignem. Ausonius.
Fortia pro cæsis, undiq; scuta movens. Archias.
Græcia si non te clypeis armavit Achillis,
Virtutis reddens præmia digna tuæ. Idem
Illum qui clypeo splendente subinde tegebar. Homerus.
Et quidquid cæli tegit aureus umbo. Drepanius Florus.
- - - - Clypeorum insignia Christus
Scripserat; ardebat summis, Crux addita cristis. Prudēcius
Perpetuosq; ignes aureus umbo vomit. Rutilius in Itinerar
At postquam primos infans exegerat annos,
Reptabat super arma patris. Sidonius Apollinaris.
Inseritur clypeo victrix manus. Idem.
Et Gorgona excitavit è clypeo suo. Aristophanes.
Lavit ubi genitrix, & lacte implevit utrumq;
Et rapto imposuit clypeo. Theocritus.
Multo spatiosum verbere scutum. Idem
Clypeus sonat æreus hastis. Silius l. 1
Tot galeæ, clypeiq; cavi. Sabellius.
Clypeoq; paventem - protegit. Silius l. 7
- - - - mananti sangvine signat
In clypeo mandata patris. Idem ibidem.
Prima hostia vobis - sacrati manes campo jacet: Idem
Fortia, prægrandi, pectora sub clypeo. Tyrteus in Sente
Cum capit ingentem clypeum, prorsusq; stupenda
C 2 Arte

Arte laboratum, jactu quem nulla recepto
Vulnera, nec duris religaverat ictibus hastæ. Hesiodus.
Alternant vivos clypei cælestis honores. Idem
Sub clypeis anhelantes. Idem in Clypeo
Vulcanus fecit clypeum magnum, validumq;. Idem ibid:
Et latum obiiciens clypeum, protendat ad ictum. Tyrteus in Sententiis.
Clypeis radient & hastis. Sarbievius l. 3 Lyricorum,
Galeis clypeisq; longè - clarus videri. Idem ibidem
Pectora non prius,quàm vulnerãtur scuta. Idem l. 4 Lyric:
Noviq; reptrabunt per arcus,
Scuta per & galeas, nepotes. Idem ibidem.
- - - - solidisq; somnum,
Commendat armis, aût clypeum super
Effusus. Idem.
Clypeumq; accenderat auro. Silius l. 15.
Scuta virum, & galeas, & fortia corpora volvit. Virgilius
Non semper clypei metuendum gentibus orbem,
Dilecto studiosa parens fabricarât Achilli. Claudianus in Epigramma.
Scutis protecti corpora longis. Virgilius l. 8 Æneid:
Fulgentia longè scuta virûm. Idem ibidem
Clypeiq; micantia fulmina mittit. Idem l. 9 Æneidos
Sed sustinet aureus umbo. Idem l. 10 Æneidos.
Et vastos umbo vomit aureus ignes. Idem ibidem.
Effugi geminum clypeo discrimen in uno. Leonides.
Clypeum viribus haûd ullis penetrabilem. Sophocles in Ajace
Quid nos picta leonibus,
Frustra parma tegit? Sarbievius in Lyricis.

COLUMBA.

Æquavit totas sine labe columbas. Ovidius l. 9 Metam:
Solet accipiter trepidas urgere columbas. Idem l. 5. Metamorphosis.
Utq;
columba suo madefactis sangvine plumis,
Horret adhuc, avidosq; timet, quibus hæserat ungves. Idem. l. 6 Metamorp:
Accipitri juncta columba fuit. Idem l. 2 Fastorum
Aspicis ut veniant ad candida tecta columbæ,
Accipiat nullas sordida turris aves. Idem l. 1 Fastorum.
Terretur minimo pennæ stridore columba:
Ungvibus accipiter saucia facta tuis. Idem in Tristibus.
Nec prius incipiēt turres habitare columbæ. Idē l. 1 de Ponto
Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ. Idem
Qualis & ipsa fuit quoq; præcipiente columba,
Et data Palladiæ, prævia, duxq; rati. Idem.
- - - - subito commota columba
Fertur in arva volans, plausumq; exterrita pennis
Dat tecto ingentem. Virgilius l. 5 Æneidos.
Ramis insignis olivæ - sacra ferens. Idem. l. 6 Æneidos.
- - - geminæ cum forte columbæ,
Ipsa sub ora viri cælo venêre volantes:
Et viridi sedêre solo. Idem ibidem.
Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto,
Consequitur pennis sublimem in nube columbam. Idem l. 11 Æneid:
- - - Venus hîc invecta columbis,
- - - regali junxit connubia nexu. Claudianus.
Ipse Dionææ mōstravit Apollo columbæ. Statius l. 4 Syl:
- - - - - - - territa pennas
Colligit, accipitrem cernens in nube columba. Silius l. 8
Spartanus tibi cedit olor,Paphiæq; columbæ. Martialis l. 8
In Elysio nigra columba volat. Idem l. 7
Ne violes teneras, præduro dente, columbas. Idem l. 14
Dat veniam corvis, vexat censura columbas. Juvenalis Satyra 2.
Nota quæ fidis fuerat columbis. Horatius l. 1 Carminum
Alba Palæstino sacra columba viro. Tibullus l. 1
- - - - - - cum rudis Argus
Dux erat, ignoto missa columba mari. Propertius l. 2
Emissa semel vitali ex sede columba. Marius Victor.

Specu-

Speculatrix arva patere - nuntiat Idem.
Ore columba refert ramum viridantis olivæ. Amænus.
Illa datæ revehit nova gaudia pacis. Idem
Qui sine felle manes in simplicitate colūbæ. Venantiꝰ Fort.
Nuncia diluvij iam decrescentis ad arcam. Prudentius.
Mens nivei lactis, species manifesta columbæ. Ennodius.
Simplicitate tamen puras superare columbas. Juvencus.
Plaudentem nigra figit sub nube columbam,
Transmittens alæ medium. Homerus l. 23 Iliados.
O utinam celerem mutatus
Nunc in columbam, præpete
Scindam æthereas pennâ nubes. Sophocles.
Amabilis columba - unde, unde pergis, aut quo? Anacreon.
Iræ columbis, sunt echinis. Sarbievius.
Gerit qui simplicis ora columbæ. Faustus.
Pulchris innectito lora columbis. Sarbievius l. 4 Lyric.

Vide Avis.

COLUMNA.

Vetus ad Herculeas miles bellare columnas. Silius l. 15.
Et celsis suggesta theatra columnis. Idem l. 14
Herculeas extremo sole columnas. Idem ibidem.
Clara Rhodus propriū non amissura colossū est. Quinctianꝰ.
Templa manent hodie vastis innixa columnis. Ovidius.
Est ubi non parvæ, parva columna molis. Idem.
- - - solidoq; adamante columnæ,
Vis ut nulla virum, non ipsi exscindere ferro
Cælicolæ valeant. Virgilius l. 6 Æneidos.
Pendent innumeris fastigia nixa columnis. Statius.
Quæ super imposito moles gemmata colosso,
Stat Latium complexa forum. Idem in Sylvis.
Et tua centenis stat porticus alta columnis. Martialis l. 12
Columen

Columen Patriæ, mora fatorum. Seneca in Troade
Domus - Phrygijs innixa columnis,
Aurataeq; trabes, marmoreumq; solum. Tibullus l. 1
Domus est mihi fulta columnis. Propertius
Et Patrem & Patriam, nomenq; effare columna. Archias.
Ultima proceras subducit in astra columnas. Rufus Avianꝰ
Verendas - accendit diadema comas. Iscanus.
Cæliferasq; tenet stans altas monte columnas. Priscianꝰ
Marmoreis ubi - Urbes coronatæ colossis. Sarbievꝰ l. 4 Lyricorum.
Geminas in auro - stare columnas. Idem l. Epodon.
Phrygijs fulgentia templa columnis. Propertius l. 2
Ferratis incumbunt tecta columnis. Statius.
Niveæ surgebant mole columnæ. Silius l. 6

C O R,

Seu KARA, PRZYIACIEL, TWARDOST.

Molle meū levibus cor est violabile telis. Ovidiꝰ in Ep:
Strangulat inclusus dolor, atq; cor æstuat intus Idem
Hoc minuit luctus, mæstaq; corda levat. Idem in Tristibꝰ
Premit altum corde dolorem. Virgilius.
Molle cor esse mihi. Idem.
- - - miseris, heu præscia longè
Horrescunt corda, agrestibus. Idem
Solvite corde metum, secludite curas. Idem.
Corda oblita laborum. Idem l. 4 Æneidos.
Stratus humi dulcē capiebat corde quietem. Idē in Culice
- - - - - - audacia crevit,
Cordaq; langventem dedidicêre metum. Claudianus.
- - - - - - - nec corda decorem,
Nec laudem, vox una capit. Idem

Occulta

Occulto sub corde renascitur ardor. Statius
Nec corde nec ore pavescens. Idem l. 12 Thebaidos.
Opum non indiga corda. Silius l. 1
Obvia dum medio sonuerunt spicula corde. Idem l. 4
Frangit fortia corda dolor. Tibullus l. 3
Haud parvo caluerunt corda vigore. Silius l. 10
Curasq; in corde fatigat. Idem l. 12
- - - - - subit intima corda,
Prælabens sensim mitis Deus. Idem l. 13
Eadem est sententia cordi. Idem l. 16
Fecit & humano corde volare Deum. Propertius l. 2.
Solus amor cordi, caraq; semper erat. Cornelius Gallus.
Et cæli terret sonitus, mortalia corda. Caius Cæsar Germa:
Virtutis speciem, corde vidente petat. Rutilius.
Pietate humiles, & mundo corde capaces. Paulinus Nolanus
Ecce tot egregiis, unum cor esse, catervis
Incipit, atq; animam populus nanciscitur unam D. Arator
Corporis, & cordis virginitate parem. Ennodius.
Sursum cor sanctum statuens, sed membra deorsum. Idem
Non fuco simulanda fides, sed corde tenenda est. D. Gregorius Nazian.
Prudenti constant corda sereno. Idem
Ardentem fixit mihi cordi dolorem. Idem.
Qui portum, in proprio pectore, semper habes,
Tēpestas nullo penetrat tua corda tumultu. Venātius Fort:
Fructus amicitiæ, corde calente manet. Idem.
Nec nocte - cordis erat requies. Idem.
Mundi à streplru libera corda vacent. D. Prosper.
His bellum cordi fuit. Apollonius
Paruit extemplò menti cor plurima passum. Homerus
Cor fectum mihi curis, cor stupet, Pereo misera, orbata parentibus. Sophocles.
Nostra quis immisit Deus hoc in corda venenū. Theocritus
Tibi nunc victoria cordi est. Idem
Mars erat his cordi. Hesiodus Ascreus.
Et magno contristet corda dolore, Idem
- - - - - - - ingentia corde

Molitur, visæq; calet virtutis amore. Silius l. 15
Dux vetus armorum, scitusq; accendere corda
Laudibus. Idem l. 17 Punicorum
Cor mihi vessat Amor. Sarbievius in Epigram.
Tu sine corde manes. Idem ibidem.
Nescio quid sit amor cordi, quid cor sit amori,
Hoc scio quod totus cor ego, Christus amor. Idem ibidem.
Venatum, cæli croceos Amor ibat in agros,
Sed qui corda pius depopulatur amor Idem ibidem.
Corda cruentandis pateant mea, Christe, sagittis,
Ut fiam jaculis saucia præda tuis. Idem ibidem.
Undantes ægro frenabat corde dolores. Silius l. 8
Dat mentem Juno, ac laudum spe corda fatigat. Idem l. 1
Et nervos tribuit mēbris, & acumina cordi. Martialis l. 15
Ore puer, puerisq; habitu, sed corde sagaci
Æquabat senium. Silius l. 8
Nec servile gravat libera corda jugum. D. Prosper.

CORNUA,

Seu BIBERSTEIN, ROGALA.

Sidera nutricem, nutricis fertile cornu
Fecit, quod Dominæ nunc quoq; nomen habet. Ovidius de Amalthea.
Vivacis cornua cervi. Idem in Metamorphosi.
- - tollens speciosam cornibus altis
Ad cælum frontem. Idem l. 3 Metamorp.
Cornu ferit ille, caveto. Virgilius.
Nova, ut conspexit in unda
Cornua, pertimuit, seseq; exterrita fugit. Ovidius in Met.
Cave, cave namq; in malos asperrimus
Parata tollo cornua. Horatius l. Epod.
Honorum opulenta cornu. Idem l. 1 Carminum.

Apollo

- - - - - - - - Apollo
Cornibus ex, aram fecit, cornutaq; circum
Jecit munimenta, ædem firmando quietam. Callimachus.
Pleno copia cornu. Boetius.
Felix fecundo copia cornu. Theocritus.
Amalthex cornu sibi vendicat. Phocylis.
Est etenim pleno fundens bona copia cornu. Idem.
- - - - - - - - - cruorem
Excipit, & largè sacra inter cornua fundit. Silius l. 14.

CORONÆ,

DOmus hæc, utroq; petit diademata sexu. Claudianus.
Par veniat generi, meritisq; corona. Ovidius.
Hac mihi de spina, grata corona data. Idem.
Sic micet æternùm, vicinaq; sidera vincat.
Clara corona. Idem l. 5 Fastorum.
Supra diademata felix. Statius l. 2 Sylvarum.
Ceu pressæ cum jam portum tetigêre carinæ
Puppibus, & læti nautæ imposuere coronas. Virgilius l. 1 Georgicorum.
Insignem capiti præferre aliunde coronam. Lucretius.
Foribus suspende coronas. Juvenalis Satyra 9.
Come serenatam duplici diademate frontem. Ausonius.
Frontis Regiæ nota. Seneca.
Dat hora coronas. Aurelius Nemesianus.
Hic illa eximio posita est fulgore corona. Cicero in Phæn.
Extemplò cecidit delapsa corona. Idem ibidem.
Stellis distincta corona. Idem ibidem.
Auream bellis decorans coronam. Erinna Lesbia.
Clara Ariadneæ propius stant signa coronæ. Aratus in Phæ.
Sine honore corona. Idem ibidem.
Hoc decus hunc manet, huic hanc Dij tribuêre coronam. Sophocles.
Meritis gravis ille coronis. Theocritus.

Facta corona viro. Venantius Fortunatus l. 8.
Crescunt virtutum palmæ, crescuntq; coronæ. D. Prosper in Epigram.
Cumulans sua dona coronis. Idem.
Incipies, crinemq; sacrum tibi more priorum,
Nectet muralis, vallaris, civica laurus. Sidonius Apollinaris.
Ad diadema venit, rutilum cui Cæsaris ostrum,
Deposito thorace datum. Idem.
- - - - te radiantium
Nexus coronarum, sereni
Regum apices, lituiq; circum. Sarbievius in Lyricis.
Heroos revinxit - laurigerum diadema crines. Idem.
Rutilis diadema micat - crinale stellis. Idem ibidem.
Pedibus calcasse coronam fertur. Idem in Epigram.
- - - - - corona lux Principis olim,
Umbra mei posthac Principis, inquit ero. Idem ibidem.
Et vario lapidum distinctas igne coronas
Dividis ex æquo. Claudianus de Stilicone.
Ver placidum vario nectit de flore coronam. Virgilius.
Verq; novum stabat cinctum florente corona. Ovidius.
Gemmiferæ donum exitiale coronæ. Valerius Flaccus l. 5.
Pietas dat flore coronas. Nemesianus.
Nectit purpuream roseo, ac
Svaveolenti è flore coronam. Euripides in Medea.
Mitræq; fulgent, & diademata,
Ad usq; formosam diei
Invidiam, opprobriumq; solis. Sarbievius in Lyricis.
Mille venit variis florum Dea nexa coronis. Ovidius.
Sertaq; Cælestes implicitura comas. Idem l. 5 Fastorũ.
Ille nitet celsus muralis honore coronæ. Silius l. 15.
- - - - - - & Musis amicam
Gaudet honor redimire frontem. Sarbievius l. 4. Lyricorum.
- - - - - - - Cruxq; corona,
Hac tegar, hac feriam, hac pacis fœdera firmem. Ennodius.

CORVUS,

Seu KORWIN, SLEPOWRON.

TUm liquidas, corvi, pleno ter gutture voces,
Et quater ingeminat. Virgilius.
Ovantes gutture corvi. Idem l. 1 Georgicorum.
- - - - - cum candidus ante fuisses
Corve loquax, subito nigrantes versus in alas.
Nam fuit hæc quondam niveis argentea pennis
Ales, ut æquaret lotas sine labe columbas. Ovidius l. 2 Metamorph.
Albus erat quondam volucris Phæbeja corvus,
Nunc importunæ præmia vocis habet. Idem.
Corve salutator. Idem.
Olim dum liquido volitaret in æthere corvus. Archias.
- - - - dexter simul ales
Corvus (non lævum venturi, symbolon alti
Regni) præcessit populo. Callimachus.
Cervinam ætatem corvus ter præterit ater. Hesiodus.
Cibus alite corvo - suggeritur D. Prosper.
Corvum prece suscitabo - solis ab ortu. Horatius l. 3 Carm.

Vide Avis.

CRATER.

Seu Pars KORCZAK.

ANgvis, avis, crater sidera juncta micant. Ovidius l. 2 Fastorum.

inter

- - - - - - inter pocula nescii
Noctem sangvineo ducere jurgio. Sarbievius l. 4 Lyricor.
Et sacer implevit dextram scyphus. Virgilius.
Et gemmâ bibat, & Serrano dormiat ostro. Idem.
Crateresq; auro solidi. Idem l. 2 Æneidos.
Ipsa tenens dextrâ pateram pulcherrima Dido. Idem l. 4 Æneidos.
- - - - - - nulla aconita bibuntur
Fictilibus, tamen illa time, cum pocula sumes
Gemmata. Juvenalis Satyra 10.
Aurea miscet pocula sangvis. Seneca in Heacule Oeteo.
Miscentur cyathis pocula commodis. Horatius.
Fæcundi calices, quem non fecere disertum. Idem l. 1 Ep.
Crater auratus surgit cælatus ab astris. Manilius l. 5
Sumet & aurato mollius in calice. Propertius l. 2.
- - - - - pocula circum
Contingunt mellis, dulci flavoq; liquore. Lucretius l. 1.
Nec mea mortiferis infecit pocula succis
Dextera, nec cuiquam certa venena dedit. Tibullus.
Fictilia antiquus primùm sibi fecit agrestis
Pocula, de facili composuitq; luto. Idem l. 1.
Coronatus stabat & ipse calix. Idem l. 3.
Collucent pocula mensis. Catullus.
Jam simul argento fulgentia pocula mista. Silius
Fulgens cratera relucet. Cicero in Phænomenis.
Hæc inter scyphus illi inerat gravis ære micanti,
Arte laboratus mira, quem nemo solebat
Poturus captare manu, nisi solus Achilles:
Quo nulli (nisi vina Jovi) libare Deorum
Jamq; erat affectus. Homerus l. 16 Iliados.
Gestat cratera coruscum. Aratus.
Tollite de lautis juvenes convivia mensis,
Quis scit an ex vestris non bibat illa scyphis. Sarbievius de Morte.
Misto pocula felle dabo. Idem l. Epod:

CRI-

C R I S T A.

TRemunt in vertice criſtæ - ſangvineæ. Virgilius l. 9
Æneidos.
Criſtiſq; à vertice flamma - funditur. Idem l. 10 Æneidos
Hoſtiles ſuſpendit in arbore criſtas. Claudianus.
Ardebat ſummis Crux addita criſtis. Prudentius.
Egregium criſtis & caſſide nota - fulgentem. Silius l. 12
Luciferæq; micant fulgentes vertice criſtæ. Idem l. 1.
- - - - - - - pollice monſtrat,
Quod picturatas, galeæ Junonia criſtas
Ornet avis. Claudianus de Honorio.
Ac pulſat fulvâ conſulgens æthera criſtâ. Silius l. 9.
Excelſumq; caput, penna nutante levabat
Criſta rubens. Idem.

C R U X,

Per plurima diſperſa Stemmata-

POne crucem ſervo. Juvenalis.
Invictum jam tum robur Crucis eſſe probavit. Gregorius Theologus.
Membra crucem geſtant mea, Crux in pectore fixa
Crux pedibus præit, Crux decus omne meum. Idem in Epigram.
Hoc ſigno invictus, tranſmiſſis Alpibus ultor
Servitium ſolvit miſerabile Conſtantinus. Prudentius.
Agnoſcat Regina libens mea ſigna neceſſe eſt,
In quibus effigies Crucis, aut gemmata refulget,
Aut longis, ſolido ex auro, præfertur in haſtis Idem ibidem
Ardebat ſummis Crux addita criſtis. Idem.

Dic

Dic triumphalem crucem. Idem.
Crux illum tollat in auras. Idem.
Fugiunt Crucem tenebræ Idem.
Crevit amor Crucis. D. Ennodius.
Cui Crux ſequenda eſt, non metuit nimis. Idem
Sit vobis, Crux veneranda jugum Paulinus Nolanus
Occultaſq; Cruces gemitu teſtantur aperto. Idem.
Quanta Crucis virtus. Idem.
Crux quem beata diligit,
Cui Crux amara præparat
Lucis futuræ gaudia S. Damaſus Papa
Probra vincis per Crucem. Idem.
Crux pellit omne crimen. Idem.
Quis tam concordi junxit duo robora nexu?
Quis Soleam ſocias juſſit habere cruces? Sarbievius in
Epigram:
Cerno cruces, ignis Sancti me flammat amoris. Idē ibi:
Crux micet in telo Crux altera calce coruſcat:
Forſitan hæc fortem nuntiat, illa pium. Idem ibidem,

C Y G N U S,

FIt nova Cygnus avis. Ovidius.
Nî fruſtra augurium veri docuêre Parentes,
Aſpice bis ſenos lætantes agmine cygnos. Idem l. 1 Æneid.
Ceu quondam nivei, liquida per nubila, cygni,
Cum ſe ſe e paſtu referunt, & longa canoros
Dant per colla modos, ſonat amnis. Idem l. 7 Æneidos.
Dant ſonitum rauci per ſtagna loquacia cygni. Idem l. 11
Æneidos.
- - - - - deflere Cauſtrius ales
Dicitur, ore ſuam deficiente necem. Statius.
- - - - - thalamiq; ingreſſa ſuperbum
Limen, Amyclæos ad frena citavit olores:
Jungit Amor lætamq; vehens per nubila Matrem.

Gemmato

Gemmato temone sedet. Idem l. 1 Sylvarum
Statuerunt agmina cygni. Idem l. 7 Thebaid:
Et similes tribuens olor aureus artes. Manilius l. 5.
Ipse Deum cygnus condit. Idem l. 5
Cygnus de thalamis candens. C. Cæsar Germanicus.
- - - cygnusq; per aera, dulce
Clanxerat ore melos, Musis & Apollini amicum. Callimachus.
Si sedeas, dulci capiaris pectora cantu
Cygnorum: pascunt quos herbæ flumina circum. Dionisius Tessal.
- - - - - - lugubria cygni
Plangite flebilibus funebria carmina collis. Moschus Siculus.
Sidereis cygnus secat æthera pennis,
Donatus cælo. Aratus in Phænomenis.
- - - - - candentia cygnis
Corpora, quos Phœbo sacraverat ipse Parenti. Theocritus
Cygni altivolantes magnum clangebant. Hesiodus.
Cygnus in auspiciis semper lætissimus ales. Æmilius.
- - - - - fati certus sibi voce canora
Inferias præmittit olor. Statius l. 5 Silvarum.
- - - - - visusq; repente
Plurimus attonito cygnus ab amne queri. Sarbievius in Epigram.

DENTES.

Vipereos dentes in humum pro semine jactos,
Et subito natos, arma tulisse viros. Ovidius
Vipereos dentes populi incrementa futuri. Idem in Met:
Mortalia semina dentes. Idem l. 3 Metamorp.
Ferroq; incidit acuto - perpetuos dentes Idem in Metam
Dentibus ille ferox. Idem l. 3 Metamorphosis
Uncis - dentibus horrendus. Idem l. 7 Metamorp.
Nec tibi sit duros acuisse in pectora dentes. Tibullus.
Nobile dentis onus. Martialis.
Duriq; venenum dentis. Virgilius l. 2 Georgic:
Quid dentem dente juvabit - rodere? Idem.
Dente Theonino qui circumroditur. Horatius in Epist:
Quis atro me dente petiverit? Idem ibidem.
Ne violes teneras prædura dente columbas. Martialis
- - - - - - certamine duro
Invenit Marti telum dolor, ore cruento
Pugnatum, ferriq; vicem dens præbuit iræ. Silius l. 5
Niveo radiantia dente. Rufus Festus Avianus.
Vipereos dentes, & aratos spargit in agros. Ovidius de Cadmo:
Figitq; in acumine dentes. Idem l. 3 Metamorphosis.
Occupat hos morsu. Idem ibidem.
Compressaq; dentibus ora - laxavit Lucanus l. 6
Penetrarunt spicula dentis. Silius l. 9.

DRACO.

Stant bellatrices aquilæ, sæviq; dracones. Claudianus de Honorio.
- - - - - - hi picta draconum
Colla levant, multusq; tumet per nubila serpens. Idem.
Pervigilem, spolium pecudis, servasse draconem.
Rapta tamen forti vellera fulva manu. Ovidius.
Qui crista lingvisq; tribus præsignis & uncis
Dentibus horrendus, custos erat arboris aureæ. Idem l. 7 Metamorphosis.
Poma draconis erant. Martialis.
Aut curru sævos frænasse dracones. Valerius Flaccus.
Mitis in immitem Virgo est animata draconem. Sedulius.
Vidimus immani specie, tortuq; draconem. Homerus.
Longusq; tortâ sibilat caudâ draco. Seneca.
Nam pavet, & sævum propius timet ire draconem. Moschus Siculus.

D Custos

Custos draco auriferæ arboris. Sophocles.
Si quondam magicis sopitum cantibus angvem
Vellere Phryxæo delapsum vidit. Columella.
Draco - hac cæli in parte quiescit. Aratus in Phænom:
Squameus agmen agens draco volvitur. Idem ibidem
Draco - amplius explicat orbes. Idem ibidem
Draconis mentum radianti sidere lucet. Idem ibidem.
- - - - - - - draco serpit,
Huic non una modo caput ornans stella relucet. Idem ibid.
Jussi servire dracones. Petronius Arbiter.
Cyllenes, cæliq; decus, facunde minister,
Aurea cui torto virga dracone viret. Martialis l. 7.
Sed tunc Hesperidum ne quis ferus intret in hortos,
Rite draco clausas excubet ante fores. Eobanus Hessus.

ECHINUS.

EXternam nec quærit opem, fert omnia secum,
Se pharetrâ, se se jaculo, se se utitur arcu:
Unum animal cunctas bellorum possidet artes. Claudianus in Epigram:
Et consangvineis hastilibus asperat armos,
Militat omne feræ corpus. Idem ibidem.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Præsidio dignata feram. Idem ibidem
- - - - - - acies ritu sylvestris echini
Fixa manet. Idem ibidem.
- - - - - stat corpore toto
Sylva minax, jaculisq; rigens in prælia crescit. Idem. ibid.
In extremum se se producit acumen. Idem ibidem
Rigidis horrentia setis - terga. Ovidius l. 3 Metamorph:

ELEPHAS.

IN foribus pugnam ex auro, solidoq; elephantô. Virgilius l 3 Georgicorum,
- - - - - - - - - - crebroq; coacta
Vulnere, bellatrix proprios fert bellua gressus
Liventi dorso turris, flammâq; virisq;,
Et jaculis armata sedet. Silius,
- - - - Lybiæ sic bellua terræ,
Sic Lybicus densis elephas oppressus ab armis. Lucan. l. 6
Vidimus in genere angvimanos elephantes. Lucretius l. 2
- - - - - - & dorso ferre cohortes,
Partem aliquam belli, & euntem ad prælia turbam. Juvenalis Satyra l. 12
Quid pius & supplex elephas te Cæsar adorat,
Hic modo qui tauro jam metuendus erat. Martialis.
Belligero fera bellua dente. Silius l. 10.
Et bellua terror - bellorum. Idem l. 16
Posuit gestatas bellua turres. Idem l. 17.

EQVES,

Seu POGONIA, KIEYSZTUCZ.

DAt populus, dat gratus eques, dat thura Senatus. Martialis.
Primus & Ascanius cursus ut lætus equestres
Ducebat, sic acer equo, turbata petivit - castra. Virgilius.
Exercebat equos, curruq; in bella ruebeat. Idem.
Conscendunt in equos, Tyrioq; rubentiâ succo
Terga premunt, auro gravidis moderātur habenis. Ovid.
- - - - - - - - dum certum flectit in Orbem
Quadrupedis cursus, spumantiaq; ora coercet. Idem,
Candenti sublimis equo. Silius.
- - - - - - tergo sublimis ab alto
Quadrupedantis equi. Idem l. 15

- - - - - - ferrata calce cruentat
Cornipedem, & largas Pænus quatit asper habenas;
Collaq; velocis flectere doctus equi. Ovidius.
Tergumq; premebat acris equi. Idem.
Quum vectaris equo, simulacraq; Martia laudis, Claudian.
Utq; tuis primùm sonipes calcaribus arsit;
Ignescunt patulæ nares, non sentit arenas
Ungula, discussæq jubæ sparguntur in armos. Idem.
Ipse tibi famulas præberet Pegasus alas Idem.
Jamq; coronatis fulgeat altus equis. Ovidius.
- - - - - - - impiger hostium
Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes. Horatius l. 4 Odarum.
Ocyus arma rapi, & spectatum Marte sub omni
Ire jubet campis equitem. Silius l. 6

Vide plura in Solea, de cursu.

EQVUS,

Seu STARY KON.

Vidi ego nuper equum contra sua frena tenacem,
Ore reluctanti, fulminis ire modo. Ovidius.
Principio clivi noster anhelat equus. Idem de Ponto.
Non ego nobilium venio spectator equorum. Idem.
Jungere equos, Titan velocibus imperat horis. Idem l. 7. Metamorphosis.
Quamq; libet longis cursibus aptus equus. Idem de Ponto.
Anhelanti mœnia lustrat equo. Idem l. 4 Fastorum.
Arte coronatos ire videbit equos. Idem l. 4 Tristium.
Proximus Hesperias Titan abiturus in undas,
Gemmea purpureis dum juga demet equis, Idem l. 2 Trist.
Lunaq;

Lunaq; nocturnos alta regebat equos. Idem ibidem.
Phæbus in altaris æthera carpit equis. Idem l. 3 Fastorum.
Demere purpureis sol juga vellet equis. Idem.
Et revocat niveos solis euntis equos. Idem.
Tunc bene fortis equus reserato carcere currit;
Cum quos, prætereat, quosq; sequatur habet. Idem.
Frenaq; magnanimi dente terentur equi. Idem.
Arduus armatos mediis in mænibus adstans
Fundit equus. Virgilius.
Cum fatalis equus subitò super ardua venit
Pergama, & armatum peditem gravis attulit alvo. Idem l. 6 Æneid.
- - - - - geminosq; jugales
Semine ab æthereo, spirantes naribus ignes. Idem.
Instar montis, equum Divinâ Palladis arte
Ædificant. Idem
Lustrat equo muros, aditumq; per avia quærit. Idem l. 11 Æneidos.
Spumantemq; agitabat equum, quem pellis ahenis
In plumam squamis, auro conserta tegebat. Idem l. 11 Æneidos.
Quadrupedemq; citum ferrata calce fatigat. Idem ibidem.
Exercebat equos, curruq; in bella ruebat. Idem ibidem.
Talis equos alacer media inter prælia Turnus,
Fumantes sudore quatit. Idem l. 11 Æneidos.
Nunc opus est celeri subdere calcar equo. Ovidius.
Et trepidet crassâ sonipes exterritus umbrâ. Silius.
Nec bellatoris terga premuntur equi. Ovidius
Martis equi bijuges, & magni cursus Achillis. Virgilius.
Sonipes magnoq; superbit - pondere. Statius.
Bellator equus. Valerius Flaccus l. 2.
Quantùm clamore juvatur - Elæus sonipes. Lucanus l. 1.
Flectitq; rubentes Phæbus equos. Claudianus.
Solverat Hesperij devexo margine Ponti,
Flagrantes sol pronus equos. Statius l. 3 Thebaid.
- - - - - - alto se gurgite tollunt
Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant. Virgilius l. 12 Æneidos.

Idem

Dempserat emeritis jam juga Phæbus equis. Ovidius.
Transegerat cursu sonipes certamina campi. Silius l. 10.
Alite vectus equo. Idem l. 12.
Et solitum armigeri ducite munus equi. Propertius l. 3.
Bellicus ex illo fonte bibebat equus. Idem l. 4.
Inter laurigeros cum comes ibit equos. Martialis l. 7.
Equis, & armis nobilem. Idem l. 1.
Et Massylæum virga gubernet equum. Idem l. 9.
Est & in equis patrum virtus. Horatius.
- - - - - - terrorq; pavorq;
Martis equi, sic contextis umbonibus hærent. Valeriꝰ l. 3
Solis anhelantes abluit amnis equos. Tibullus l. 2
Hic se jam totū cæcas equus addit in umbras. Cicero inPh:
Thessalus usus equo est primus. Sabellicꝰ de Inventoribꝰ
Victores celebrantur equi, quibus inclita parta est
Palma, per Elæos sacro certamine campos. Theocritus.
- - - - - - - - Pegasus æthere summo
Veloces agitat pennas, & sidere gaudet. Aratus.
Toto clarus equo venientes nuntiat Euros. Idem
Noctivagos attollit luna jugales. Idem.
Fervidus insultat sonipes, atq; ore cruento
Pandit iter. Apollonius.
Et velox prorumpit equus, pecus utile bellis. Dracontiꝰ l. 1
Post hos insignem palmâ, per gramina currum,
Victoresq; ostentat equos, satus Hercule pulchro, Virgilius l. 7 Æneidos.
- - - - regit atra jugales,
Sangvineâ Bellona manu. Statius l. 7 Thebaidos.
Musarum latices ungula fodit equi. Rutilius in Itinerar:
Belliger ardenti sonipes nutrite sub axe. Ennodius.
Virtutem solidi pectoris hospitam,
Idem portat equus, qui Dominum. Sarbieviꝰ l. 1 Lyric:
Et vos lunares exsiluistis equi. Ovidius l. 5 Fastorum.
Et Salus, & Pax niveis revisit
Oppida bigis. Sarbievius l. 1 Lyricorum.
- - - - - - - - - hostium

Vexare

Vexare turmas, & frementem
Mittere equum medios per ignes. Horatius l. 4 Carmi:

F A L C E S,

Seu P R U S *Secundò.*

ARmatus sic mihi falce Deus, Tibullus l. 1
- - - servans sub imagine falcem
Saturnusq; senex. Idem l. 7 Æneidos.
Vites incidere falce novellas. idem in Eclogis.
Falce Deus colitur. Idem in Culice.
Moraris - - quid stringere falcem?
Qua populos à stirpe metis. Claudianus.
Prima Ceres docuit turgescere semen in agris,
Falce coronatas subsecuitq; comas. Idem.
Et si quæ est pietas ab avitæ vulnere falcis,
Dum cadet incurva falce resecta Ceres. Ovidius in Eclo:
Et tertia, jam falce decubuit messis Seneca in Thyeste.
Terreat ut sæva falce Priapus aves. Tibullus l. 1.
Versaq; in obscurum species est falcis ahenæ. Lucretius.
Falce rubos, foliumq; resecat,
Ut nova fruge gravis Ceres eat. Boëtius.
Purpureosq; metent flores. Virgilius l. 4 Georgicorum.

F A S C I A,

Seu N A Ł Ę C Z.

TOtum latè complectitur orbem. Claudianus.
- - - - - librati pondera mundi

Orbe

Orbe teno medio. Lucanus.
Terrarum clauditur Orbis. Virgilius.
Reget Patriis virtutibus orbem. Idem Ecloga 4.
Omnibus his niveâ cinguntur tempora vittâ. Idem l. 6 Æneidos.
Fascia lata sinu. Ovidius.
Gloria compleat orbem. Idem l. 12 Metamorphosis.
Jam canitur toto nomen in orbe meum. Idem.
Venit orbis in orbem. Manilius.
Tandem nitet orbita mundo. Idem l. 1.
Lacteus Orbis - dicitur. Idem ibidem.
Non sufficit orbis. Juvenalis.
Toto - spargitur orbe. Martialis l. 5.
Gemmatis aut cingunt tempora vittis. Statius.
Totum complectitur orbem. Hesiodus.
Laudes tu colligis omnes. D. Venantius Fortunatus.
Certum flectit in orbem. Ovidius.
Puniceis ibant evincti tempora teniis. Virgilius l. 2. Æneidos.
Et totum gracilis connectit fascia corpus. Juvencus.
Fascia Virgineum augebat sinuosa decorem. Quintus.
- - - - - - cui vitta ligabat
Purpurea, effusos per colla nitentia crines. Silius l. 13.
Gestat læta decus, cinguntûr tempora vittâ. Idem l. 16.
Tyrioq; vittas-inscribis ostro. Sarbievius l. 4. Lyricorum.

FLORES.

MAvortia signa rubescunt-floribus. Claudianus de Hon:
Hîc radiant flores, & prati viva voluptas, Idem
Perpetui flores, quos nec tua protulit Ætna, Idē de Prose:
Flores supereminet omnes. Idem-
Sponte tuus florebat ager. Idem.
Mereor divino pollice carpi. Idem.
Date serta per aras, Statius,

Vidi omni te pridem flore nitentem. Idem in Sylvis.
Purpureosq; metent flores. Virgilius l. 1 Georgicorum.
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur. Idem l. 6 Æneidos.
Dic quibus in terris inscripti nomina Regum
Nascantur flores? Idem in Eclogis.
Ipsa tibi blandos fundunt cunabula flores. Idem ibidem.
Tantus amor florum. Idem l. 4 Georgicorum.
Et quoscunq; novant vernantia tempora flores,
His tumulus super inseritur. Idem in Culice.
Vere novo lætis decorantur floribus arva. Idem.
Ver placidum vario nectit de flore coronas. Idem.
Purpureos flores humus offert vere comanti, Idem.
Fumida cingatur florentibus ara coronis. Ovidius.
- - - - - - - - carpite florem
Qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet. Idem.
Ver erat æternum, placidiq; tepentibus auris
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores. Idem l. 1. Metamorphosis.
Verq; novum stabat cinctum florente corona. Idem l. 2. Metamorphosis.
Ætatis breve ver, & primos carpere flores. Idē l. 10 Met:
Tyrioq; nitentior ostro - flos oritur. Idem ibidem.
Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros
Addet in hunc florem, folioq; legetur eodem. Idem ibid:
Omnia tum florent, florumq; coloribus almis
Ludit ager. Idem l. 15 Metamorph.
Et tibi, crede mihi, tempora veris erunt. Ovidius in Fast:
Sunt & sine nomine flores. Idem ibidem.
Ille colet nitidis gemmantem-floribus hortum. Manil. l. 1.
Varios nectet flores, sertisq; locabit. Idem ibidem.
Vix degustatam rapiens sub flore juventam. idem l. 3.
Perpetuosq; tenet flores, unumq; colorem. idem l. 4.
Hyblam quod sapit, Atticosq; flores. Martialis.
Florem decoris, singuli carpunt dies. Seneca.
- - - - - novos decerpere flores,
Insignem capiti proferre aliunde coronam. Lucretius.

Ut flos

Ut flos in feptis, fecretus nafcitur hortis,
Quem mulcent auræ, firmat fol, educat imber. Catullus.
Tranfcendit florentes viribus annos. Silius l. 1.
Vitæ flore, puer, fed gravitate fenex. Rutilius in Itinera.
Dat Flora coronas. Aurelius Nemefianus.
Paulatim fubeunt ftillantia flumina florum. Lactantius
Purpureofq; alitis per gramina, flores. Aurelius Nemefian
Primiq; fequar veftigia floris. Calphurnius Siculus.
Et dum læta viret, jucundo flore juventa. Simonides.
Quin & odoratis meffis jam floribus inftat:
Jam ver purpureum. Columella de Hortis.
Pictaq; , diffimili flore, nitebat humus. Ovidius L. 4. Faftorum.
Purpureis collucent floribus agri. idem L. 5 Faftorum.
Odoriferis afpergit floribus aras. Silius L. 16.
Flos Afiæ , tantaq; unus de gente fuperftes. Aufonius.
Terreftria fidera flores. Columella de Hortis.
- - - - - - vernis tibi floribus aræ
Stant cinctæ, vel vere novo. Callimachus de Apolline.
Sic floruit ille. Ariftophanes.
Diis grati funt flores. Menander Comicus.
Sed cito conteritur flos, & nitor ille fenefcit. Theocritus.
Alba prius florum capita icta dolore rubefcunt. Idem.
Namq; ipfo monente vigorq; & gratia florum
Marcuit, & pofita defloruit omnis in herba. Idem.
Nafcimur ut florum folia. Minormus.
Fluxo exhilaramur flore juventæ. Idem.
Nectit purpuream, rofeo, ac
Svaveolenti è flore, coronam. Euripides in Medea.
- - - - - flore viret novo,
Ex quo venerandis nectuntur
Serta Deabus. Sophocles in Oedipo.
Totaq; lux agri flore cadente perit. Venantij Fortun: L. 7.
Flos non perdit honores. Idem.
Floret pofteritas. Idem.
Immarcefcibilis redimivit honore coronæ. D. Paulinus Nolanus.

Spargite

Spargite flore folum , prætexite limina fertis;
Purpureum ver fpiret hyems, fit floreus annus,
Ante diem, Sancto cedat natura diei. Idem.
Tempora funt florum, retinet fua tempora Menfis. S. Columbanus.
Non generant fimiles Pæftana rofaria flores. Sarbievius.
Flos ait unus abeft , funt cetera millia florum. Idem.
Ibat ovans , grandemq; fibi, grandemq; nepoti
Nectebat de flore coronam. Idem L. 4 Lyricorum.
Vix nati prodeft purpura floris. Virgilius L. 4 Georgic:
Conquerimur, natura; brevis quod gratia florum eft. Aufon:
Et mea, primævo flore, juventa viret. Eobanus Heffus.
Illa tibi vivo tempora flore ligat. Sarbievius in Epigram.
Ros unus, color unus, & unum mane duorum,
Sideris & floris. Aufonius.
Elyfiæ audete domus , date ferta per aras. Statius L. 3 Sylv.
Cum florent, tunc eft nova temporis ætas. Ovidius.

Vide Lilia, Rofæ.

FLUVIUS,

Seu SRZENIAWA, DRUZYNA, KOPASZYNA, RUBIESZ, DANKWICZ.

Tempeftas pretiofa Tagi. Claudianus.
Et docti riferunt floribus amnes. Idem.
Jam profluat amnis - mutatis in vina vadis. Idem.
Mirufq; latex, qui flumina vincit. Idem.
Mollifq; latex, & flumina lactis
Erupiffe folo. Idem.

nec

- - - - nec segnibus undæ
Planctibus, aut vanis nitescunt flumina votis. Idem.
Populisq; salus sitientibus errat. Idem de Nilo.
- - - - totumq, per orbem
Collectæ partes, unum revocantur ad amnem. Idem.
Fluvios superabat Iberos. Idem.
Par semper, similisq; meat. Idem.
Quantum, stagna Tagi rudibus stillantia venis
Effluxêre decus. Idem
Despumat rutilas dives Pactolus arenas. Idem
Nullis, parvum licuit te Nile videre. Lucanus.
- - flammas superant undæ. idem.
- - - - famæ majoris in amnem
Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit undas. Idem l. 1
Suffecitq; omnibus unda- Idem ibidem.
Grandia per multos tenuantur flumina rivos. Ovidius.
Vis aurea tinxit - - flumen. Idem
Accipit amnis aquas. Idem
Non quæ præteriit, cursu revocabitur unda. Idem.
Fluvios temerare venenis. Idem
Perq; sinum lacrymæ, fluminis instar eunt. Idem.
Vina fundit, gauderq; meris abstemius undis. Idem
- - - - nec vincere possis - flumina. Ovidius.
Fer Pater. inquit, opem, si flumina Numen habetis. Idem.
Exspatiata ruunt per apertos flumina campos. Idem l. 1. Metamorphosis.
Contraria flumina flammis. Idem l. 2 Metamorphosis.
Fons erat illimis nitidis argenteus undis. Idem
Flumine soles - frangebat. Idem l. 2 Metamorph.
In quo desinimus, sacri in quo currimus amnes. Idem l. 8 Metamorphosis.
Ipsa quoq, assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. Idem l. 15 Metamorphosis.
- - - quanti montes volvuntur aquarum,
Jam jam tacturos sidera summa putes. Idem
Unde dabit flammas, & dabit ignis aquas. Idem
Gratiùs ex ipso fonte bibuntur aquæ. Idem

Ingenii

Ingenii currunt flumina quanta tui. Idem.
- - - - ardescunt ignibus undæ. Idem.
Flumina magna vides, parvis ex fontibus orta. Idem.
Discite, eunt anni, more fluentis aquæ. Idem
Purior electro, campum petit amnis. Virgilius.
Lacu fluvius, se condidit alto - ima petens. Idem.
Flumina circum - fundit humus flores. Idem in Eclogis.
- - - - ubi tot Simois ingentia centum
Scuta virûm, galeasq; & fortia corpora voluit. Idem
Tuq; o Tibri tu o genitor, cum flumine sancto. Idem.
Immensum cælo, venit agmen aquarum. Idem.
Fluvios dum piscis amabit. Idem.
Fluctusq; ad sidera tollit. idem l. 1 Æneidos.
Ipse ego te ripis & recto flumine ducam. Idem.
Perfusi flumine sacro. Idem l. 12 Æneidos.
Nam tibi sunt fontes, tibi flumina semper amica;
Et summis cognati nubibus amnes. Statius.
Gurgite puro perspicuus. Idem l. 4
Et nunc per scopulos, per campos labitur amnis, Manilius.
Flexa per ingentes stellarum flumina gyros. Idem.
Amnemq; in tenues ausus deducere rivos. Idem.
Se primis extollit Phœbus ab undis. Idem L. 1.
Phœbus ab undis enatat. Idem,
Langvetq; suis Neptunus in undis. Idem L. 5.
- - - tantus per sidera fervor
Funditur, atq; uno ceû sint in flumine cuncta. Idem ib.
Candidus amnis circuit. Martialis L. 7.
Fluminis ritu feruntur. Horatius L. 3 Carminum.
Dulce pellitis ovibus Galesi flumen. Idem l. 2. Carmin.
Et manibus puris sumite fontis aquas. Tibullus.
Solis anhelantes abluit amnis equos. Idem l. 2.
Splendidior liquidis cum sol caput extulit undis. Idem l. 4
- - - - - - frondere videntur
Fluminei latices, & palmite consitus amnis. Idem.
- - - - - - Lethes tacitus prælabitur amnis. Lucretius.
Argenti rivus, & auri. idem L. 5.
Et magnus pariter delabitur amnis. Cicero in Phænomenis

Sunt

Sunt plures, oculis, quæ medeantur aquæ. Laurea Tullius.
Unda beata nimis. Dracontius l. 1.
Cursum diffundite campis flumina. Valerius Cato.
- - - - - - non deniq; gutta
Stillavit, sed rupto funduntur flumina cælo. Alcimus Avitus.
Visus purissimus amnis. Callimachus.
Non alius tantum fluviorum vitat arenas. Dionisius Thessalon:
Se puer ipse videt, patrem dum quærit in amne. Pentadius.
Non est ignobile flumen. Rutilius in Itinerario.
Æterna, æterni flumina fontis erunt. D. Prosper.
Pro Duce felici, flumina bella gerunt. Venantius Fortun:
Currere prisca facis, flumina lege nova. Idem.
Morborum medicina latex. Amænus.
In fluvios, liquidis abeunt duo lumina rivis. Sarbievius in Epigram.
Cursus Fluminis arsit. Ennodius.
Nec præferre suos auderet Thybris honores. Ausonius.
Aurea tergemino volvuntur Flumina lapsu:
Ista docent largum Flumina forsan herum. Sarbievius.
Inter Amazonidas Thermodôon Martius amnis. Dionisius Thessal.
Feni fluit agmine flumen. Ennius.
ontibus è liquidis præbet miracula mundo. Priscianus.
Assiduo labentia flumina cursu. Hesiodus.
Ad fontes, sacra feruntur. Euripides in Medea
Flumina nunc deflete peremptum. Theocritus.
Ex illo durior unda fluit. Theognis in Sententiis.
Cum labente die, Phæbus comes ibit in undas. Aratus in Phænom.
Felix qui potuit boni
Fontem visere lucidum. Boetius l. 3.
Jam fluunt passim pretiosa largis.
Sæcula rivis. Sarbievius l. 1 Lyricorum.
Aurei - latè per urbes - flumina sæculi
Diffundent. Idem l. 3 Lyricorum.

naves,

- - - - - naves, & vela paremus,
Sunt quibus in cælum velificemur aquæ. Idem in Epigram.
Fortunæ rivus inaurat. Idem l. 4 Lyricorum.
Strages Gelonum, & natantium
Scuta virûm, galeasq; volvit Idem.
Lacte perfusi, veluti columbæ,
Vitreas semper speculantur undas. idem L. Epod.
- - - - aurora sacrum
Purpureo lavit amne crinem. Idem l. 4 Lyricorum.
Tacito pede labitur amnis. Idem ibidem.
Et manibus puram fluminis hausit aquam. Ovidius l. 4 Fastorum.
Erumpit lachrymarum fontibus amnis. Silius l. 13.
Obstructi stragibus amnes. Idem ibidem.
Non secus ac flumen, neq; enim consistere flumen,
Nec levis hora potest. Ovidius l. 15 Metamorp.
Cyparissus amni attollit caput. Sarbievius l. Epod.
Vides ut altum fluminis otium,
Rerum quieta ludit imagine
Solemq:, lunamq. & severi
Picta refert simulacra cæli. Idem L. 4 Lyricorum.
Per violas lapsæ, per declives hyacinthos
Exspatiantur aquæ. Idem ibidem.
Gaudii torrens, & inundat almi
Flumen amoris. Idem ibidem.
Non parco fluit amnis auro. Idem l. 3 Lyricorum.
Siticulosis influit auribus
Facundus amnis. Idem L. 1 Lyricorum.
Tua volvet ingens nomina Ganges. Idem in Lyricis.
Gemmantibus hinc, & inde rivis
Currunt flumina. Idem in Epigramm.
Disertos eloquii reseravit amnes. Idem L. 1 Lyricorum
Currunt flumina liberalitatis. Idem ibidem.
Sit perennis ille torrens,
Illa vena jugis auri,
Eloquentis ille lingvæ
Amnis irriget Senatum. Idem l. Epod.

Solet

Solet ad scopulum naufraga lympha queri. Idem in Epigr
His remis, isto flumine vite polum. Idem.
Satis est populis, fluviusq; Ceresq; . Lucanus l. 4.
Et nomen magno perdit in amne minor. Ovidius in Fast
Septem discretus in ostia Nilus. Idem l. 5 Metamorph.
Magnis cum viribus amnem. Marcus T. Cicero.
- - - - Lethæi ad fluminis undam,
Securos latices, & longa oblivia potant. Virgil: l. 6 Æneid
Fugientia captat - flumina. Horatius.
Cum defluxisti famæ majoris in amnem. Ausonius
- - - - - neq; enim consistere flumen,
Nec levis hora potest. Ovidius l. 15 Metamorphosis.

GALEA,

Seu HEŁM.

ET rutilus cristis, & casside major. Claudianus de Hon:
- - - - stat cassis utriq; ,
Sidereis hirsuta jubis. Idem.
Loricas, galeasq; renidentes hyacinthis. Idem.
Fer galeam Bellona mihi. Idem in Rufinum.
- - - - - - sub casside viso
Hectore, mens Danais major, fiducia major,
Major in arma manus. Iscanus l. 5.
Ipse nitor galeæ claro radiantis ab auro, Ovidius l. 14. Metamorphosis.
Sic ait, atque ambos aurata casside ditat. Statius.
Agnoscunt spolia inter se, galeamque nitentem. Virg.
Fronde super galeam, & felici comptus oliva. Idem l. 7. Æneidos.
- - - - - - - galea alta Chimæram
Sustinet, Ætnæos efflantem faucibus ignes. Idem ibidem.
Terribilem cristis galeam, flammasq; vomentem.
Fatiferumq; ensem. Idem l. 8. Æneidos.
Jam Galeam Pallas & Ægida,
Currusq; & rabiem parat. Horatius l. 1. Carminum.
Cassis erat munita viro, cûi vertice surgens
Crista triplex. Silius Italicus l. 5
Martia cassis. Valerius Flaccus l. 3
Galeamq; minantem - quassat. Idem l. 7
Pubescit castris miles, galeâq; teruntur
Nondum signatæ flava lanugine malæ. Silius l. 2.
Nitidas casside solve comas. Ovidius l. 3. Fastorum.
- - - - - - - in prælia victor
Emicat, & galeæ fert donum insigne coruscæ. Idem l. 16
- - - - - - - - capitiq; minacem
Imponit galeam, fulvus cûi crescit in altum
Conus, & iratam jaculatur vertice lucem. Sidonius.
Jam tu ad plectra veni, tritus cui casside crinis.
Exiit è galea, sors exoptata, Pelasgis. Homerus.
Parte alia insignis nudatis casside canis:
Levius huc juvenes, nunc me spectate ruentem
In pugnas, quantumq; meus patefecerat ensis. Silius l. 16
Scuta virûm, & galeas mordax rubigo peruret. Eobanus Hessus.
Contorquet plenum galeâ caput. Iscanus l. 5.
Induerat galeam, curruq; sedebat - celsior. Idem l. 5.
In casside fulgurat aurum. Idem l. 2

GALLUS GALLI-NACEUS.

JAm cecinit mediam volucris Titania noctem. Virgilius
Nocte, Deæ noctis cristatus cæditur ales,
Quod tepidum vigili provocat ore diem. Ovid. l. 1. Trist.
Pervigil ales ibi cristati cantibus oris

Evocat

Evocat auroram. Idem l. 11 Metamorphosis.
Inq; suum miseros excitat ales opus. Idem.
Nondum cristati rupêre silentia galli. Martialis.
Quia tu gallinæ filius albæ. Juvenalis Satyra 12
Quin etiam gallum nocte applaudentibus alis,
Auroram clara consuetum voce vocare. Lucretius l. 4.
Quod tamen ad cantum galli facit ille secundi. Juvenalis Satyra 9.
Gallinaceus cum victor se gallus honestè
Sustulit in digitos, primoresq; erigit ungues. Lucilius.
Omnia gallorum strepuerunt culmina cantu
Exactam noctem primi sensére volucres,
Et lætum cecinêre diem, alarumq; dedêre
Plausibus assiduis, & acuta voce favorem. Corippus l. 1
- - - - - aurora reducit,
Cum matutinum percite galle canis. Theognis.
- - - - - - - - coruscum splendidi
Solis jubar prænuntij nunc alites
Cantu cient. Sophocles in Electra.
Instantis quod signa canens dat gallus Eoi,
Et revocet famulas ad nova pensa manus:
Turribus in sacris effingitur. Alciatus.

Vide Avis.

GLADII & FRAMEÆ.

Seu HERBURT, KOWNIA, PAWĘZA PIELESZ, ROWNIA.

Gladiosq; tegat vagina minaces. Claudianus.
Nudiq; seges Mavortia ferri
Ingeminat splendore diem. Idem.
Altius haud unquam toto descendimus ense
In jugulum Scythiæ. Idem de Stilicone.
Ense tuo tactos calcabat victor acervos,
Dicere difficile est, quid Mars tuus egerit illic
Quotve neci dederit. Idem.
Nisi cauribus asper-exarsit mucro. Lucanus l. 7
Ense jacet nostro. Ovidius.
Cum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa sui generis. Idem.
Gladio finire dolorem. Idem.
- - - - - - - - - - immedicabile vulnus
Ense recidendum, ne pars sincera trahatur. Idem l. 1. Metamorphosis.
Qui vetet ensis erat. Idem.
Victaq; pugnaci jura sub ense jacent. Idem l. 5 Tristium
Ponite jam gladios hebetes, pugnetur acutis. Idem.
Falces conflantur in ensem. Virgilius.
Fortis adhuc meminit bellacis dextera ferri,
Dilectumq; latus, conscius ensis amat. Sarbievius in Epigr.
Per damna, per cædes, ab ipso.
Ducit opes, animumq; ferro. Horatius l. 4 Carminum
- - - - - - & per obstantes catervas
Explicuit sua victor arma. Idem ibidem.
Reddite fatidicis victores ensibus enses Iscanus l. 3
Recoquant patrios fornacibus enses. Virgilius
Illi stellatus jaspide fulva - ensis erat. Idem.
- - - - - - - - humero simul exuit ensem
Auratum, mira quem fecerat arte Lycaon. Idem l. 9 Æneidos.
Infecti cædibus enses. Statius.
- - - - - - - - - - - - gladios in sæva recurvat
Vulnera, & attrito cogunt juvenescere saxo. Idē l. 1 Theb:
Ensem - - - sub corde reliquit. Idem l. 11 Thebaidos.
Ensis contunditur ense. Silius.
Ensem unum, & multis fatalem millibus hastam, Idem l. 2

Motus

Metusvè quid audeat ensis? Idem ibidem.
Quis fuit? horrendos primus qui protulit enses. Tibullus l. 1.
Teritur rubigine mucro - ferreus. Propertius l. 2.
Me falx placidos formavit in usus. Martialis.
Tabuit in calido vulnere mucro tener. Idem l. 4.
Non semper feriet, quodcunq; minabitur ensis. Horatius.
Auratis pendens laquearibus ensis.
Purpureas subter cervices terruit. Persius Satyra 3.
Et Martis frameam, & Cyrrhæi spicula Vatis. Juvenalis Satyra 8.
Strictus tuetur ensis. Seneca in Hercule.
Et dextrâ retinens non cassum luminis ensem. Cicero in Phænom.
Toties recidit ense malum. Rutilius in Itinerario.
Gladiumq; in viscera condit. Iscanus l. 6.
Sceptroq; replenda, mucrone est vacuata manus. Sidonius Apollina.
Heû gravem sortem, quoties iniquus
Additur sævo gladius veneno. Boëtius l. 2.
Nec cædis gladium, sed causâ sume salutis. Phocylis.
Non ibi sunt fundæ, neq; nervo ducitur arcus,
Pugna sed ancipiti cominus ense viget. Archilochus.
Splendens ense corusco. Aratus.
- - - - - - - per pectora adactus
Intima descendit mucro. Silius l. 16
- - - - - - - magno de nomine terror
Præcedit, Latioq; micat bene cognitus ensis, Idem l. 17.
Hinc graviora virûm certamina cominus ensis
Districtus, belliq; feri simulacra cientur. Idem l. 16.
Celso latè se cardine pandit,
Auratumq; rubens dimittit baltheus ensem. Aratus.
Nil ense nocebit. Sarbievius in Epigram:
Messuit ense caput. Idem ibidem.
Hic hostem mihi computabit ensis. Idem.
Fulgur acinacis. Idem l. 1. Lyricorum.
Ulturus Urbis nomen & Imperij.

Afful- Affulget ensis. Idem ibidem.
Heu primam gladij sitim,
Pubes, Odrisiis imbue cædibus. Idem l. 3. Lyricorum.
Proh? quantus armis, in media quoq;
Formosus irâ, quantus in arduum
Assurgit ensem. Idem l. 4. Lyricorum.
Gladiis divisimus orbem. Idem ibidem.
Alto stat vulnere mucro. Virgilius l. 11 Æneidos.
Nisi cautibus asper - exarsit mucro. Lucanus l. 7.
Robore fulmineum præceps nudaverat ensem. Iscanus l. 5
Quantus in arduum - assurgit ensem. Sarbievius l. 4. Lyri
Ense tuo factos calcabas victor acervos. Claudianus.
Prosternens omnia ferro. Idem.
- - - - - pro fœdere, proq;
Justitia est ensis, folæq; è sanguine laudes. Idem l. 11.
Bellatricem alacer per pectora transfigit ensem Idem.
Eductumq; tene vaginâ interritus ensem. Idem l. 13.
Tum strictum properè vaginâ detegit ensem. Idem ibid.
Invadit stricto super hæc interritus ense. Idem l. 15
Tenet omnia Punicus ensis. Silius l. 2
- - - - - ense pio redimet. Iscanus l. 1.
In chalybe horror inest. Idem l. 2.
- - - - - rotat efferus ensem
Hector, & ingentes animos fortuna ministrat. Idem. l. 5.
Et apertis Hectora campis - irato mucrone petit. Id: ibid.
- - - - - - - - redeunt enses, & pace sepulta
Arma iterum rapiunt. Idem ibidem.
Hunc jaculis, hunc ense metit, tantoq; sub hoste
Nulli turpe mori. Idem l. 6
Nil cunctata per enses, - audet iter. Idem ibidem.

Vide Arma, Vir Armatus.

GLOBI TORMENTORUM BELLICORUM.

Vide

Vide Arma.

G R U S.

STrymona sic gelidum brumâ pellente relinquunt,
Poturæ te Nile grues. Lucanus.
Nilo, Pygmæa, grues, post bella remenso
Ore legunt rubri germina cara maris. Claudianus.
Turbabis versus, & littera tota volabit:
Unam perdideris, si Palamedis avem. Martialis l. 13. de Gruibus.
Et velut Æthiopum veniunt Niliq; fluenta
Turmatim Palamedis aves, celsæq; per altum
Aera clamantes. Oppianus.
Aeriæ fugêre grues. Virgilius l. 1 Georgicorum.
Pavidumq; leporem & advenam laqueo gruem
Jucunda captat præmia. Horatius l. Epod:
Primoq; volatu effingunt varias, visu monstrante figuras. Lucanus.
Distet ab hyberna Rhodopes grue. Statius l. 4 Sylvarum.
Conjuratas in sua bella grues. Rutilius in Itinerario.
Ad subitas Thracum volucres, nubemq; sonoram,
Pygmæus parvis currit bellator in armis.
Mox impar hosti, raptusq; per aera curvis.
Unguibus, à sæva fertur grue. Juvenalis Satyra 13.

Vide Avis.

G R Y P H S.

Seu SWOBODA.

ILle ferus gryphs, inquit, abit nil ense nocebit,
Non ales rostro, non petet ungve leo. Sarbi in Epigr
Spectator ipse nesciat, tuum grypha
An præliantem cernat, an triumphantem. Idem ibidem.
Non scuta frustra, non galeas decent
Gryphesq; pardiq,. Idem l. 4 Lyricorum.
Junguntur jam gryphes equis. Virgilius in Eclogis.
Cum gryphs ad voces annuat ense meas. Sarbievius in Epi

Vide Avis.

H A M U S.

Seu JUNCZYK.

INsidiatorem præciso fugerit hamo. Horatius l. 2. Serm.
Aut sua credulitas in aduncos egerat hamos. Ovidius l. 13. Metamorphosis.
Cum tenues hamos abdidit ante cibus. Tibullus.
- - - - - - - qui sustinet hamos,
Novit, quæ multo pisce natentur aquæ. Ovidius.
Sic avidis fallax indulget piscibus hamus. Martial. l. 4.
Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo. Ovidius l. 3. de Ponto.

H A S T Æ.

Seu J E L I T A, &c. &c.

MArs adamante gravem, nodisq; rigentibus hastam
Torsit. Claudianus.

In mediis cunabula præbuit hastis. Idem de Honorio.
Hastam - telum ingens, nulliq; Deo jaculabile torsit. Id:
Tot jaculis unam non explent vulnera mortem. Luc. l. 6.
Vulnus Achilleo quæ quondam fecerat hosti,
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit. Idem.
Ambas in partes eminet hasta. Idem.
Hic solet, hasta manu belli prænuntia mitti. Idem in Fast.
- - - - - - insignis & hastâ. Virgilius.
Validis ingentem viribus hastam - contorsit. Idem.
Defigunt tellure hastas, & scuta reponunt. Idem.
- - - - volat atri turbinis instar
Exitium dirum hasta ferens. Idem.
Certoq; hastilia dirigit ictu. Idem.
Stant terrâ defixæ hastæ. Idem.
Ingentem nixus in hastam. Idem l. 12 Æneidos.
Densisq; virûm seges horruit hastis. Idem l. 2 Georgico.
Fractas membris spirantibus hastas, Statius l. 2. Theb.
Incertumq; fuit lethum cui cederet hastæ. Silius l. 4
Multis fatalem millibus hastam. Idem l. 2
Gravis hasta virorum. Martialis.
Armigera cuspide, pila virent. Idem.
Et Parthos feroces
Vexet eques, metuendus hastâ. Horatius.
Captivâ, collum venale sub hasta. Petrus Apollinaris.
- - - - - Spartanus & hastam.
Commentus, galeâq; ferox processit in hostem. Sabellicus
Hastati spargunt hastas, fit ferreus imber. Ennius.
Hastis longis campus splendet, & horret. Idem.
- - - - - vibratas fortiter hastas
Projiciunt, pulsantq; polum. Hesiodus in Theognide.
Herculeos arcus, hastamq; Minervæ. Juvenalis Satyra 13
- - - - - superavit honores
Omnes hasta meos. Silius l. 6.
Cunctis hasta decus. Idem. l. 8
Non hasta viro, non deficit ensis. Idem. l. 10
- - - - - - hinc lancea turbine nigro
Fert lethum cuicumq; viro, quem prendidit ictus. Idem l. 13

pro-

- - - - - proxima honorant
Præmia, vicinam metæ qui protulit hastam. Idem l. 16
Contorques magnis victricem viribus hastam. Idem ibidem
Hasta volans (mirum dictu) medio incita campo
Substitit ante oculos, & terræ infixa cohæsit. Idem ibidem
Nec minus ingentem generosis viribus hastam
Impiger arripuit Castor Hesiodus.
Contractæ cecidere hastæ, durisq; refixæ
In clypeis hæsere. Idem.
Mars prælio revertens
Quatiebat horrendam hastam,
Tela elevans amoris. Anacreon.
Atq; manu dextra robustam torqueat hastam. Tyrtæus in Senten.
Tempestas peditum, & densa micantium
Hastarum inserijt seges. Sarbievius l. 1. Lyricorum.
Pila valent fortes torquere lacerti. Lucanus.
Et pila minantia pilis. Idem.
Hermes belligera superbus hasta. Martialis l. 5
- - - - - - - hastas docta faber expolit arte,
Pro truciũ horrisona taurorũ, & cæde leonum. Nicander
Mucrone horrendus, & hasta. Homerus.
Ruit impiger, hastam - fulmineam quatiens, Iscanus l. 5.
Et latus Hectoreum Pelides perforat hasta. Idem ibidem.
Brevior q; manus vix colligit hastam. idem l. 6.

Vide Arma.

HIPPOCENTAURUS.

- - - - - contentum dirigit arcum
Mixtus equo, volucrem missurus jamq; sagittam. Manilius l. 1.
Et hic qui tentum dirigit arcum - junctus equo. Idem l. 2

Hoc

Hos inter Chiron ad plectra sonantia cantans,
Flectit inepta sui membra facetus equi. Sidonius Apollinaris
Herculem duri celebrant labores;
Ille Centauros domuit superbos. Boetius l. 1.
- - - - - promet sua sidera Chiron
Semivir, & flavi corpore mistus equi. Ovidius l. 5 Fast.
- - - - Centaurus imagine fulget
Pars hominis, tergo pectus commissus equino. Manilius l. 1.

Vide Vir Armatus, Eques, Equus.

HOROLOGII ROTA.

OMnis scribitur hora tibi. Ovidius l. 1 Metamorphosis.
Jungere equos Titan velocibus imperat horis. Idem in Metamorph.
Mortis vicinæ properantes admovet horas. Lucanus L. 7.
Quod fugiens semel hora vexit. Horatius
Nec quæ præteriit, hora redire potest. Ovidius.
- - - - - neq; enim consistere flumen,
Nec levis hora potest. Idem l. 15 Metamorphosis.
Sic nullum vobis tempus abibit iners. Idem.
Discite eunt anni more fluentis aquæ. Idem.
Utendum est ætate, cito pede labitur ætas. Idem.
Ipsa quoq; assiduo labuntur tempora motu. Idem. l. 15 Metamorphosis.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Virgilius l. 3 Georgicorum.
- - - - - fallitq; volubilis ætas;
Et nihil est annis velocius. Ovidius.
Nec revocare potes, qui periêre dies. Ausonius.
Repetitus fascibus annus. Lucanus.
Te matutinæ pietas modo detinet horæ. Sarbievius.
- - - - currite candidis

Horæ

Horæ quadrigis: ite, magni
Sæcula deproperate menses. Idem l. 1 Lyricorum.
Quid non longa dies, quid non consumitis anni. Martialis L. 9.
Momentaq; cuncta novantur. Ovidius l. 15 Metamorp.
Et fugiunt freno non remorante dies. Idem l. 6 Fastorū.

Vide Rota.

LAPIS MOLARIS,

Seu KUSZABA.

PHæboq; loquentia saxa. Lucanus l. 5.
Lapsisq;, ingentia muris, saxa jacent. Idem l. 1.
Felicem Nioben quamvis tot funera vidit,
Quæ posuit sensum saxea facta, mali. Ovidius.
Et madet assiduo lubricus imbre lapis. Idem.
Sisyphus en illic saxum volvensq;, petensq;. Idem.
Cùm fieret lapis asper erat, nunc nobile signum. Idem.
Inq; brevi spatio Superorum numine saxa
Missa viri manibus, faciem traxere virorum. Idē l. 1. Met.
Et jussos lapides sua post vestigia mittunt,
Saxa, (quis hoc credat nisi sit pro teste vetustas)
Ponere duritiem cæpere, suumq; rigorem,
Molliriq; morâ, mollitamq; ducere formam. Idem ibidē.
Aut petis, aut urges ruiturum Sysiphe saxum. Idem l. 4 Metamorphosis.
Tollit humo saxum, saxum quoq; palluit auro. Idem l. 11. Metamorphosis.
Carmine dum tali sylvas, animosq; ferarum
Threijcius Vates, & saxa sequentia traxit. Idem ibidem.
Fessus ut incubuit baculo, saxoq; resedit.

Pastor

Paſtor. Idem l. 4 Triſtium.
Cum traheret ſylvas Orpheus, & dura canendo
Saxa, bis amiſſa conjuge mæſtus erat. Idem ibidem.
Et ſaxo longa ſenecta nocet. Ovidius l. 5 Faſtorum.
Tabida conſumit ferrum lapidemq; vetuſtas. Idem l. 4 de Ponto.
Saxa, feraſq; - lyra movit Rhodopeius Orpheus. Idē ib:
Dura tamen molli ſaxa cavantur aqua. Idem ibidem.
- - - - - - ſedet optimus alto
Accipiens ſonitum ſaxi de vertice paſtor. Virgilius.
Gelidi fleverunt ſaxa Lycei. Idem.
Magna parens terra eſt, lapides in corpore terræ
Oſſa reor. Ovidius l. 1 Metamorphoſis.
Paulatimq; animâ caluerunt mollia ſaxa, Juvenalis.
Jamq; faces, & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. Virgilius l. 1 Æneidos.
Saxa fati nunquam conceſſa moveri. Idem ibidem.
Templa Dei, ſaxo venerabar ſtructa vetuſto. Idem l. 2. Æneidos,
Hic ubi disjectas moles, avulſaq; ſaxis
Saxa vides. Idem ibidem.
Saxum ingens volvunt alij. Idem l. 6 Æneidos.
- - - - - ceu ſaxa morantur
Cum rapidos amnes, clauſo fit gurgite murmur. Idem l. 11. Æneidos.
- - - - - - - ubi concava pulſu
Saxa ſonant, vociſq; offenſa reſultat imago. Idem l. 4 Georgicorum.
Nec tamē inficior lapides ardeſcere certos. Idem in Ætna
Nam lapis iſte riget perculſus, & ignibus obſtat. Idem ibi.
Miranda eſt lapidum vivax, animoſaq; virtus Idem ibid.
Ardendi cauſam lapidem eſſe molarem. Idem ibidem.
Solicitatq; maris vicina incendia ſaxum. Idem ibidem.
- - - - liquefactaq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat. Idem ibidem,
Threijcius quondam Vates,
Fide creditus canora,

Surda

Surda cantu concitaſſe ſaxa. Idem de Orpheo.
Creſcunt miracula ſaxi. Idem de Cryſtallo.
Innumeros uno de marmore vultus. Idem.
Lapis eſt cognomine Magnes. Idem.
- - - - - videas miracula ſaxi,
Tunc ſuperat pulchros cultus, & quidquid Eois
Indus littoribus, rubra ſcrutatur in alga. Idem.
Et lapides ſuus ardor habet, ferrumq; tuetur
Illecebris, rigido regnant in marmore flammæ. Idem.
Fert ingens toto connixus corpore ſaxum. Idem l. 10. Æneidos.
Gelidoq; pavens dedit oſcula ſaxo. Ovidius l. 1. Metamor:
Et lapides viſi mugitus edere raucos. Ovidius l. 14 Meta:
Et duras animantem Amphiona cautes, Statius l. 8.
Perq; ardua curſu ſaxa ruit. Silius l. 16.
- - - - - - - dilectaq; jugera Muſis
Signat vicina quartus ab Urbe lapis. Martialis l. 1.
Flebilis in terra, ſit lapis iſte, tua. Idem l. 10.
Optat ſupremo collocare Syſiphus,
In monte ſaxum. Horatius.
Dictus eſt Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere ſono teſtudinis, ac prece blanda
Ducere quo velit. Idem de Arte Pòética.
Per ſaxa, per ignes. Idem in Epiſtolis.
Cum convocatus vocis, & citharæ ſono,
Per ſe ipſe turres venit in ſummas lapis. Seneca in Thebaide.
Cervice ſaxum grande Syſiphea ſedet. Idem in Hercule.
- - - - - fixus in agris,
Qui regeret certis finibus, arva lapis. Tibullus.
Longa dies molli ſaxa peredit aqua. Idem l. 1.
Breve in exiguo marmore nomen ero. Propertius.
Semper ſaxeus ipſe fuit. Auſonius in Epigrammat.
Saxeus ut Niobe. Idem ibidem.
Me lapidem quondam Perſæ advexère, trophæum
Ut fierem bello, nunc ego ſum Nemeſis. Idem ibidem.
Non mihi ſaxa loqui vanus perſvadeat error. Proba Falconia.

Tyriam

- - - - Tyriam reptantia ſaxa - ad chelyn. Statius.
Saxum quod tamen à ſummo jam vertice rurſum
Volvitur, & planè raptim petit æquora campi. Lucretius.
Hic lapis ut ferrum ducere poſſet,
Quem magneta vocant. idem L. 6.
Qui notas inſcriptus millia multa lapis. Rutilius in Itinerario.
Sidus, ſaxis ſtellantibus addit. Prudentius.
Sacra videt fieri ſextus ab Urbe lapis. Ovidius l. 2 Faſt.
Tarpeiæ rupes, ſuperiſq; habitabile ſaxum. Silius l. 1
Et Deorum - Templa novo decorare ſaxo. Horatius. l. 2. Carminum.
Uvidus in Phrygia lapis extans, iſte remittit
Omnem triſtitiam ſic marmor fœmina facta eſt;
Viſcera dulcia flens Niobe Regina ſuperba. Callimachus.
Et per tot lapides, petræ conjungitur uni. D. Arator. l. 1.
Haſtis, & gladijs, ſaxiſq; ingentibus ictum. Homerus.
Saxo vehementior omni. Theocritus.
Durus, at is animus ſolido ex adamante creatus. Heſiod.
Grandia, prævalida mittite ſaxa manu. Tyrtæus.
Neq; manu emiſſum ponderoſum lapidem
Facile eſt cohibere. Menander Comicus.
Aurita reptavêre ſaxa;
Æmoniæ ſaliere rupes. Sarbievius l. 1 Lyricorum.
Fertur refuſo Deucalion mari
Dum merſa totis ſæcula promeret
Terris, renaſcentemq; jactos
In ladipes animaret orbem. Idem l. 3 Lyricorum.
Divûm locatus conſilio lapis. Idem.
Æterna magnis, Carmina Carpati
Inſcribo ſaxis, diſcite poſteri. Idem l. 4 Lyricorum.
Marmore durior, ſaxis horridior. Idem.
Aramq; Divis ceſpes, aut ſaxum dabit. Idem.
Capitolij immobile ſaxum. Idem.
Vidimus undantem ruptis fornacibus Ætnam
Flammarumq; globos, liquefactaq; volvere ſaxa. Virgilius
Mercuri,

Mercuri, nam te docili Magiſtro,
Movit Amphion lapides, canendo. Horatius l. 3 Carmin.

LAPIDES PRETIOSI,

Seu GEMMÆ, DRIA.

Aurea ſaxa - exundant pretium. Virgilius in Ætna.
Quis junxit lapides oſtro? Claudianus.
Effuſo mens eſt opulentior auro. Lucanus.
Illa fuit quæ divitias, quæ deſpicit aurum. Manilius l. 2
Pretioſior auro eſt. Idem l. 4.
Caris aures ornare lapillis. Ovidius.
Clara, micante auro, flammaſq; imitante pyropo. Idem l. 9 Metamorphoſis.
Claramq; auro gemmiſq; coronam. Idem l. 3 Metamorp.
Gemmæ franguntur, & aurum. Idem de Ponto.
Induitis collo lapides oriente petitos. Idem.
Gemmis, auroq; teguntur. Idem.
Littora nativis pellucent picta lapillis. Horatius.
- - - - - miro candoris honore
Lucet in ære lapis, rubris advectus ab undis. Silius l. 14
Aurato fulgebat gemma monili. Idem l. 2.
Micat ignea gemma. Idem l. 8.
Radiabat purpura gemmis - vincens luce diem. Corippus
Auro gemmiſq; ſuperba.
Lumen habens ſine ſole ſuum. Idem l. 4.
Comit lux hoſpita gemmas. Ennodius.
Gemmaſq; latere volentes. Boetius.
Ditior gemmis. Sarbievius l. 3 Lyricorum.
Sibi gemma fuit. Idem in Epigramm.
Bis geminos olim Mater natura lapillos
Pygmalionæas inter, habeat opes. Idem ibidem.
Nec premit articulos lucida gemma meos. Ovidius in Epiſt.
Hanc

Hanc lucem, lactea gemma notet. Martialis l. 8.
Et virides, picto gemmas numerabat in auro. Idem l. 9.
Accinctum gemmis fulgentibus enſem. Valeriꝰ Flaccus l. 5.
Dives Idaſpeis augeſcat purpura gemmis. Claudianꝰ.
Quæ gemmis niveis unda feracior? Boetius.
Candidis miſcens, virides lapillos. Idem l. 3
In ſolio claris lucente ſmaragdis. Ovidius l. 2 Metamor.
Dumq; volant gemmæ, nitides vertuntur in ignes. Idem l. 8 Metamorphoſis.
Qualis gemma micat, fulvumq; exdividit aurum. Virgiliꝰ l. 10. Æneidos.
Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Idem l. 7 Æneidos.
- - - - gemmarum quidquid felicibus undis
Naſcitur Eoi, quà maris unda ruet. Tibullus l. 3
Semper in Oceanum mittit me quærere gemmas. Propertius lib: 2.
Fulget gemma thoris,& Jaſpide, fulva ſupellex,
Plena maris rubri ſpoliis, colloq; comiſq;
Divitias Cleopatra gerit, cultuq; laborat. Lucanus l. 10.
Lapis Eoa lectus in unda. Seneca in Medea.
Et vario lapidum diſtinctas igne coronas
Dividis ex æquo. Claudianus de Stilicone.
Et pellucentes cuperet penſare lapillos. Manilius l. 13.
Politam conſurgere gemmis,
Aut rupto radiare mari, Claudianus de Stilicone.
Nam ſibi gemma fuit. Sarbievius in Epigramm:
Hoc rigidos ſilices, hoc adamanta terit. Ovidius l. 4 Triſt.
Scilicet & grandes viridi cum luce ſmaragdi
Auro includuntur. Lucretius l. 4.
In digito factus pretioſior. Juvenalis Satyra 6.
- - & aurato fulgebat gemma monili. Silius l. 7.
Gemmarumq; illi radiantes lucibus ignes. Manilius l. 5.
Subſtringitq; comam gemmis, & colla monili. Claudianꝰ
Pendebant tereti gemmata monilia collo. Ovidius.

LATE-

LATERES SEX AUREI,

Seu R H O R.

Aurea nunc verè ſunt ſæcula, pluribus auro
Venit honos, auro conciliatur amor. Ovidius.
In pretio pretium eſt. Idem.
Magni ponderis aurum. Idem l. 1 Metamorph.
Spectatur in ignibus aurum. Idem L. 1 Triſtium.
Nullo corrumperis auro. Idem L. 2 Faſtorum.
Dignus eſt argento, fulvo quoq; dignior auro. Idem l. 3 de Ponto.
Gemmæ frangentur, & aurum. Idem.
Lapis circumdatur auro. Virgilius L. 1 Æneidos.
Auro, ſpolijſq; ſuperbit. Idem l. 2 Æneidos.
Surget gens aurea mundo. Idem Ecloga 4.
Hic auro fulgens, jam lucis honorem
Sentit, & admoto ſplendet ceu ſidere lunæ. Silius l. 13.
Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum? Perſius Satyra 3.
Aurum per medios ire ſatellites,
Et perumpere amat ſaxa potentius
Ictu fulmineo. Horatius.
Magno ſtet pretio. Idem.
Dalmaticum ſuperes aurum, Scythicoſq; lapillos. Statius l. 1 Sylvarum.
Carior eſt auro Juvenis. Tibullus.
Aureus eſto. Auſonius in Epigrammate.
Aurum totus erat, toto contectus ab auro. Theocritus.
Excocto ſincerior auro. Theognis in Sententiis.
Eſt aurum argentumq; nihil niſi pulvis. Naumachius in Sententiis.
Aurum flamma probat. S. Columbanus.
Auro eſt pretioſior omni. Theognis in Sententiis.
Aurei Patrum, niveiq; mores. Sarbievius l. 2 Lyricorum

E Palluit

Palluit aurum. Idem L. 4 Lyricorum.
Breve fulgur auri. Idem ibidem.
Aureâ prosiliêre sæcla. Idem L. 3 Lyricorum.

Vide Lapides, Murus.

LEOPARDUS.

Seu LEWART.

DIstinctus maculis & pulchro pectore pardus. Avianus.
Longo porrexit vulnere pardum. Martialis. l. 16.
Quum per summa rapit celerem venabula pardum. Lucanus l. 6.
Picto, quid juga dedicata collo
Pardus sustinet? Martialis.
Grande ebur, & magno sublimis pardus hiatu. Juvenalis.

Vide Leo.

L E O Imo.

Seu PRAWDZIC, KRUPSKI,

PRima Cleonæi tolerata ærumna leonis. Virgilius de Hercule.
Compressit Nemeæ primum virtute leonem. Idem de eodē
Tum leo terribilis veniens, atq; innuba Virgo. Idem de Signis.

Quum

Quum sol Herculei terga leonis adit. Ovidius.
- - - - - dominumq; feratum
Crescere miratur genitrix Massila Leonem. Statius.
- - - - - ubi tela virosq;
Pectoris impulsu rapidi stravêre leones,
Protinus ira minor. Idem L. 7 Thebaidos
Obvia prosternas, prostrataq; more leonum despicias. Claudianus.
- - - - viso leo cominus hoste
Subsedit, dubius totam dum colligit iram. Lucanus.
Ille manu vastos poterit frenare leones. Manilius l. 5.
Ad quæ confugias ora leonis habet. Martialis.
Sæva ferum rabido laceravit dente leonem. Idem.
Movet arma leo. Virgilius.
Rabidiq; leonis solstitiale caput. Lucanus l. 6.
Armatus veniet leone, & hydra. Seneca in Hercule.
Quod leo tam tenui patitur sub arundine lethum,
Non vires ferri, sed ferientis agunt Ausonius in Epigr.
Animosaq; signa leonis. Propertius l. 4.
Fulmineus leo. Nemesianus.
Ecce feri norunt Sanctis deferre leones. S. Ambrosius.
Abstulit sævo spolium leoni. Boetius.
Prostratum Nemees, & vasta in valle leonem,
Nobile, & Herculeum fama canebat opus. Martialis
Bella leones - inter se furibunda movent. Silius L. 4.
Ille Marmaricus leo dente crescit & ungvibus. Boetius,
Jam enim ipsis instabat magnus leo. Hesiodus.
Interdum gemitum sævi dare visa leonis. Idem.
- - - - - Nemeæ fata leonis,
Illius hic finis fuit, hic tulit exitus illum. Theocritus,
Obvia magnanimus tendit in arma leo. Sarbievius,
Tu leo, pastor eras. Idem.
Non petet ungve leo. Idem in Epigramm,
- - - - - cedit vis torva leonis,
Quem rutilo sequitur collucens corpore Virgo. Aratus.
Leo flammiferis æstibus ardens, Seneca,
- - - - - prodit inertibus

Antris

Antris impavidus leo,
Hostem conspicuis sternere collib9. Sarbievi9 l.4Lyricorũ
Quid nos picta leonibus
Frustra parma tegit? Idem ibidem.
Clari flagrat qua stella leonis. Ausonius.
Tempore Pænorum consumitur ira leonum,
Nec feritas animo, quæ fuit ante, manet. Ovidius l. 4. Tristium.

L E O 2do.

Seu ZADORA, PŁOMIENCZYK.

INgeminat splendore diem. Claudianus.
Vestali raptus ab ara - ignis. Lucanus l. 1.
Patrias illuminat umbras. Statius.
- - - - - - ignis in ore
Purpureus, fulvoq; nitet coma gratior auro. Statius l. 2. Achille:
Cælum flamma petit. Ovidius l. 1 Fastorum.
Lumine qui semper proditur ipse suo. Idem.
Ignis in igne fuit. Idem ibidem.
Flamma propiore calesco. Idem ibidem.
Arisq; reponimus ignem. Virgilius.
Phœbeæ lampadis instar. Idem l. 4 Æneidos.
Fer mæstum funeris ignem. Idem l. 11. Æneidos.
Centum aras pôsuit, vigilemq; sacraverat ignem. Idem l. 4 Æneidos.
Sopitos suscitat ignes. Idem l. 8 Æneidos.
Ille sedens victor flammas despectat ovantes. Idem l. 10. Æneidos.
Æstifer inde Leo, justa cum Virgine fulgens. Idem de Signis Cælesti.
Ignis

Ignis in æthereas volucer se condidit auras. Manilius
Perviglemq; focis ignem longæva Sacerdos
Nutriet. Statius l. 2 Thebaidos.
Imposito sacris altaribus igne. Tibullus l. 3.
Claro perfundit lumine campos. Silius l. 10.
Leo tremulā quatiens è corpore flām̄am. Cicero in Phæn:
Plus flammis Patriæ confert, quam fortibus armis. Cæsar Germanicus.
- - - - - cujus compescere flammas
Si quis aqua cupiat, plus ignem poscit in illa. Priscianus Cæsariensis.
Ignis præsidiis, surgentem reppulit ignem. Paulinus Petracoriensis.
Formosos sedet inter ignes. Sarbievi9 l. 1. Lyricorum.
Afflatum sustulit igne caput. Idem l. Epodon.
Expugno flammis pectora dixit Amor. idem in Epigram.
Tibi Pallada servet, & ignem. Ovidius.

L E P U S,

Seu K I N I G L I S.

TU parvum leporem perpende sub Orione. C. Cæsar Germanicus.
Et lepus hic aliis exagitandus erit. Ovidius.
Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
Vidit,& hic prædam pedibus, petit ille salutem. Idem l. 1 Metamorp.
Non aliter quàm cum pedibus prædator aduncis
Deposuit nido leporem Jovis ales. Idem l. 6 Metamorp.
Tutus in ingenti luserat ore lepus. Martialis l. 1.
Quid fugis hos dentes ambitiose lepus. Idem ibidem.
Si quando leporem mittis mihi Gellia, dices
Formosus septem, Marce, diebus eris. Idem l. 14.

Jacet

Jacet levipes lepus, hic fugit ictus
Horrificos metuens rostri. Cicero in Phænomenis.
Lepusq; subsidit pavens. Crinitus.
Et timidos figit lepores, nec parcere novit. Theocritus.
Leporis quà tenditur alvus,
Stellarum creber rutilat rubor. Aratus.
Claro lepus exilit ortu. Idem.
Parvulus in stellis lepus est. Idem.
Lepus occiduum se se inclinavit ad æquor. Idem ibidem.
Auritosq; ferunt lepores, ursosq; feroces. Faustus.

L I L I A,

Seu GOZDAWA, KORSZAK, KRUPEK, PORONIA, WIERZBNA.

Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit. Ovidius L. 5 Metamorphosis.
Cadentia lilia gestat. Idem l. 12. Metamorphosis.
- - - - - - Tibi lilia plenis
Ecce ferunt Nymphæ calathis. Virgilius Ecloga 2.
Lilia tu vincis. Martialis l. 8.
Sæpe tulit blandis argentea lilia Nymphis. Propertius.
Lilia virgineos lucida per calathos. Idem l. 3.
Langvescunt folio lilia pallido. Seneca in Hyppolito.
Per me tibi lilia prima - contigerant. Calphurnius in Eclo:
Te fine, vel misero mihi lilia nigra videntur. Idem ibid.
Candida sunt etiam per amænas lilia valles,
Sed cito marcescunt. Theocritus.
Astra rogant lenes morientia lilia nymbos. Sarbievius in Epgramm:
Pudoris - - lilia, virgineiq; mores. Idem.
Aureis pingent : marmora liliis, Idem in Lyricis.
Longus, herbosis spatiatur arvis
Ordo virtutum, niveæq; juncta
Faustitas paci legit otiosis
Lilia campis. Idem l. 2. Lyricorum.
Inter severas nobile lilium
Florere spinas. Idem l. 4 Lyricorum.
Cum nullas habeant natales lilia terras
Quis neget e casta lilia nata manu? Idem in Epigram:
Virgineis nituntur lilia culmis. Idem ibidem.
Argenteorum castra lilietorum. Idem ibidem.
Scilicet ex istis nascuntur lilia rivis. Idem ibidem.
Puniceas confunde rosas, & lilia misce. Ausonius.
Lilia deciderant, violas arere videbis. Ovidius l. 5 Fastor.
- - - - tum sangvine tinctis
Intertexta rosis, candentia lilia misce. Propertius.

Vide Flores, Rosæ.

L I T E R Æ,

Aurea te referens littera facta fuit. Sarbievius in Epig.
Littera Pythagoræ discrimine secta bicorni,
Humanæ vitæ speciem præferre videtur. Virgilius.
Perlege quodcunq; est memorabile. Ausonius.
Quando dabit gratas littera nostra vices. Ovidius.
Littera quæ sparsis non convenit ista lituris. Eobanus Hessus.
Fungitur officio littera nostra novo. Idem in Epist.
Tristia cum scribam, questibus apta lyra est. Idem in Epist.
Ipsa tuo ut legeres tempore posteritas. Idem ibidem.

Vide Abdank.

L U N A,

Seu K R O C Y, &c.

Cælesti

CÆlesti sumus omnes - stirpè oriundi. Lucanus.
Fratri contraria Phæbe. Idem l. 1.
Velox semita lunæ. Claudianus.
Luna suo tunc tantum deficit orbe. Idem.
Medio quum luna implebirur orbe. Manilius l. 1.
Ad lunæ motum variant animalia corpus. Idem l. 2.
Purpureus lunæ sangvine vultus erat. Ovidios.
Fugit aurea cælo - luna. Idem.
Nec nova crescendo repetebat cornua Phæbe. Idem l. 1. Metamorph.
Sparsi lunares sangvine currus. Idem L. 15 Metamorph.
Luna mihi tremulum lumen præbebit eunti. Idem in Epi;
Junctaq; cum luna lumina solis erũt. Idem in Ibin.
Quantum præcedit clara minores - luna faces. Statiꝰ l. 2 Sylva.
Nocte quidem, sed luna videt, sed sidera testes
Intendunt oculos. Juvenalis Satyra 8.
Defectus lunæ varios, solisq; labores. Virgilius.
Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat. Idem.
Amica silentia lunæ. Idem l. 2 Æneidos.
Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Idem Eclog: 8
\- - - - - - - almaq; curru
Noctivago medium Phæbe pulsabat Olympum. Idem l. 10 Æneidos.
Et quanto minor orbita lunæ est. Idem in Ætna.
Etiam per sidera luna - pressit equos. Idem in Culice.
Ut solet in niveis luna vehetur equis. Ovidius.
Neq; uno luna rubens nitet vultu. Horatiꝰ
Candor erat qualem præfert Latonia luna,
Et color in niveo corpore purpureus. Tibullus l. 3.
Et solis, lunæq; vias sua libra cöërcet. Ausonius.
Cum claram speciem concreto lumine luna
Abdidit, & subito stellanti nocte perempta. Cicero.
Nec pleno stellas superavit lumine luna. Idem in Phænome
Luna etiam mensem cum pleno dividit Orbe. C. Cæsar Germanicus.
Plenos extinxit cynthia vultus. Petronius Arbiter.
Lunæq;

Lunæq; senectus - vel reparatus honor. Idem.
Tu noscas, & quæ tibi sit cælestis origo. GregoriꝰNazia:
\- - - - nubila luna tenebris
Ipsa suis potuit tantum obscurare nitorem. D. Gregorius Theologus.
Dedit & cornua lunæ. Boetius l. 3.
Phæbe noctibus imperet. Idem.
Inclyta progenies ornavit luce priores. Ven antiꝰ Fortunat
Hæredis radio splendet origo Patrum. Idem.
Lumine plena nitent. Idem.
Lumina quanta latent. Idem.
Cûi genus egregium fulget de stirpe potentum. Idem.
Luna fave claraq; velis te luce videri,
Sacra tibi taciturna feram, tibi carmina dicam. Theocritꝰ.
Salve luna, aliæ salvete & vos mihi stellæ. Idem.
\- - - - - fesso pectore malit
Et vigiles lunas, & duros ducere soles. Lucanus l. 6.
Sol radiis acer, lumen lunæq; benignum. Empedocles.
Et semper solis radios adversa tuetur. Parmenides.
\- - - - - cælum lumine toto
Luna replet, terram ut superet fax aurea noctem. Aratus.
Inauspicato sidere lugubrem
Mærere lunam. Sarbievius l. 1. Lyricorum.
Fugiunt avaræ - mensium lunæ. Idem ibidem.
Repetunt avaræ - cætera lunæ. Idem l. 2 Lyricorum.
Surgis, & integro nunc luna vultu. Idem l. 4 Lyricorum.
Potuit cum luna latere. Claudianus.
Nec candida cursum - luna negat. Virgilius l. 7 Æneid.
Præstanti lumine lunam. Homerus.

L U P U S.

AGnum - Martius à stabulis rapuit lupus. Virgilius l. 9 Æneidos:
Inde lupæ fulvo nutricis tegmine lætus - Romulus. Idem.
Incu-

Incustoditum captat ovile lupus. Ovidius.
Fit lupus, & veteris servat vestigia formæ. Idem in Metam.
Lupus est à voce retentus. Idem l. 2 Fastorum.
Rapuit cum Martius agnum
Averso pastore lupus. Silius.
Ovis, qui fuit ante lupus. Theodulphus.
Jungentur capreæ lupis. Horatius l. 1 Carminum.
Martius ille lupus. Aratus.
Nutritus duro Romule lacte lupæ. Propertius l. 2.

M A N U S,

Seu P L E S N I K.

SUnt mihi quæ possunt arma tenere manus. Ovidius.
Hæc non sunt voto, sed rapienda manu Idem.
Laudat digitos, manusq;. Idem.
Valuit mea dextra, valetq;. Idem L. 7 Metamorph.
Tibi dextera bello - utilis. Idem L. 13 Metamorphosis.
Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes. Idem L. 4 Metamorphosis
Fraus absit, vacuas cædis habete manus. Idem
Æneæ Magni dextrâ cadis. Virgilius
Paciferæq; manu ramum prætendit olivæ. Idem
- - - - - - oculos ad sidera lætus
Extulit, & cælo palmas cum voce tetendit. Idem.
Manibus date lilia plenis. Idem L. 6 Æneidos.
Juvenum manus emicat ardens. Idem L. 1 Æneidos.
- - - - - - - si Pergama, dextrâ
Defendi possent, etiam hac defensa fuissent. Idem L. 2 Æneidos.
- - - - - - - - en dextra, fidesq;,
Quam secum Patrios ajunt portare penates, Idem L. 4. Æneidos.

Miratur

Miratur plus posse manus. Statius.
- - - - - - Mars omnis in armis
Semper & in capulo. Idem L. 4 Thebaidos.
Major deceptæ fama est gloria dextræ,
Si non errasset, fecerat illa minus. Martialis de Scævola
Currat lingva licet, manus est velocior illâ;
Nondum lingva, suum dextra peregit opus. Idem.
- - - - - - manumq; lambunt
Illam, qua nihil est in Orbe maius. Idem L. 4
Fortis & attonito regnet in igne manus. Idem L. 7.
Cælo supinas si tuleris manus. Horatius.
Musarum ad calamos fertur manus, otia nescit. Ausonius in Epigram.
Non ne putas miras hunc habuisse manus. Propertius.
Opposuit fortuna manum, involvitq; Catonis,
Scires ut ferro plus valuisse manum. C. Cæsar Germanicus
Plus flammis Patriæ, confert quam fortibus armis,
Una domans bellum funere dextra suo. Idem Scævola
Oculatæ nostræ sunt manus. Plautus.
Et sex adversus solus in arma manus. Pedo Albinovanus.
Terribiles, certæq; manus. Sidonius Apollinaris.
Scævola & apposito dextram damnaverat igni,
Plus felix pereunte manu, cum forte satelles
Pallebat constante reo. Idem.
Cernitur effugiens ardentem Porsena dextram. Silius L. 8
Sit tibi larga manus, placidū cor, dulcia verba. Theodulphus
Sublimes tendo supplex ad sidera palmas. Gregorius Theolo.
Lapsantiq; manum ductricem porrige quæso. Salomon Constantien: Episc.
Fortia facta quidem manuū, virtusq; tuarum. Callimachus.
Terrebat voce, manuq;. Theocritus.
Vibratur ecce dexterâ, telum, gravi. Euripides.
Tu dextra facili domas - duri robora ferri. Idem.
- - - - - - - - certamina
Mille alia victrix hæc peregit dextra. Sophocles.
Utere manu fortiter. Idem in Aiace.
Auxiliatrices porrigant misero manus. Idem.

nunquam

- - - - - nunquam otiosa dextrâ
Jovis vacat, aliquid illa semper conficit. Idem.
Ferro res eget, & manu. Sarbievius.
Una omnes dextrâq; cadunt, iráq. perempti. Silius L. 1.
Revocabo ad prælia dextras. Idem L. 5.
Lapsuro porrige dextram. Phocylis.
Pro Patria pulchrùm est, natisq; , & conjuge chara,
Pugnare & valida bella ciere manu. Tyrtæus in Sententiis.
Sustulit excitas vinclis ad sidera palmas. Virgilus L. 8.
Æneidos.
Invictaq; bello dextera. Idem L. 6 Æneidos.
Vacua pudet ire manu. Lucanus.
Quæ tibi restituit Fasces, complectere dextrâm. Claudianus
Sit gloria dextræ. Silius L. 5.
Iælius ante omnes, cûi dextera clara, domusq; . Idem ibid.
Geminas tendens ad sidera palmas. Idem ibidem.
Iateant non parva æraria dextris. Idem L. 11.
Dextræ decus inter prælia tanta. Idem l. 14.
Capitolia Consul - defendit dextrâ. Idem l. 11.
Hunc in nostrâ, spes ultima dextrâ. Idem l. 17.
- - - - egregium, fortis cûi dextera in armis
Pugnanti peperit lethum. Idem ibidem.
Ecce aliud fulmen dextræ. Idem ibidem.
Convertit prælia dextra. Idem ibidem.
Jam bene Dijs notas sustulit ille manus. Ovidius L. 3.
Fastorum.
- - - - - - cujus dextra minacem
Exhausit Phlegram. Lucanus L. 2.
Ergo hilares, socias jungunt in fædera dextras. Idem L. 4.
Manus omnis in hostem - fulminat. Idem l. 5.
- - - - - - jam dextras undiq; miscent ;
Et quæric sibi quisq; parem. Idem ibidem.
- - - - - - insignia dextræ
Victricis sensisse dolor, spectasse voluptas. Idem l. 6.
- - - - - quacunq, vagos raptatur in hostes,
Millia multa manu proturbat. Idem ibidem.
MON-

MONTES.

Scandit inaccessos brumali sidere montes. Claudianus.
Rimatur collibus aurum. Idem.
Mons patiens ferri. Idem.
Circumspice montes - inductosq; arcus spoliis. Idem.
Ascendit fastigia montis anhelus. Idem.
Et Regum cineres extructo monte quiescunt. Lucanus L. 7
Montibus his ponunt spemq; , laremq; . Ovidius
Qua celsus astris inserit Pindus caput. Seneca.
Tum Deus Arcadiæ gelidis in montibus inquit. Ovidius
l. 1. Metamorphosis.
Affectasse ferunt regnum cæleste Gigantes,
Altaq; congestos struxisse ad sidera montes. Idem ibidem.
Pulsabantq; novi montana cacumina fluctus. Idem ibidem.
Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnassus, superatq; cacumine nubes. Idem ibidē.
Montibus his olim totus promittitur orbis. Idem in Fastis
Sol ruit, interea & montes umbrantur opaci. Virgilius l. 3
Æneidos.
Cursu petit ardua montis. Idem.
Ter, Pater extructos dejecit fulmine montes. Idem L.
Georgicorum.
Amissæ redierunt montibus umbræ. Idem ibidem.
- - altis de montibus umbræ. Idem Ecloga 8.
Defletumq; tenent montes per sæcula nomen. Silius L. 3
Densæq; in montibus umbræ. Virgilius Ecloga 3.
Excelsi montis juga summa petivit. Idem in Culice.
Non recipit flammas mons. Idem in Ætna.
Montibus in summis vestigia cernimus ignis. Lucretius l. 6
Montium custos, nemorumq; Virgo. Horatius l, 3. Carminum.
Feriuntq; summos fulmina montes. Idem.
Albano Musas in monte locutas. Idem in Epistolis.
Vicinos fugientia sidera colles. Manilius L. 1.
Montibus, atq; alijs aggestos crescere montes. Idem ibid.
Et mon-

Et montem rupit aceto. Juvenalis.
Nubiferos montes, & saxa minantia cælo. Silius L. 4.
Crescebant montibus altis - ascensus. Lucretius.
Hos potius dicas crevisse in sidera montes. Rutilius in in Itinerario.
Mons erit ipsa domus. Venantius Fortunatus.
Fulmina senserunt montes. Hesiodus.
Hic mihi septem melius renident
Romuli colles. Sarbievius L. 3 Lyricorum.
Collis o sacri decus. Idem ibidem.
Sol avitis exoritur jugis. Idem L. 4 Lyricorum.
Roma suas dominis mundi de montibus arces
Prospicit. Idem in Epigramma.
Mox subita in toto lucent incendia monte. Silius L. 4.
- - - - - - procul arduis
Virtus se nimium se posuit jugis. Sarbievius.
Majoresq; cadunt altis de montibus umbræ. Virgilius in Eclogis.
Pastor ea excelsi montis juga summa petivit. Idem
Sed nemora atq; cavos montes, sylvasq; colebant. Lucretius L. 5.
Ardet in excelso proceri vertice montis. Silius L 3
Illius & duri flevère silentia montes. Claudianus.
- - - - summos spargebat lumine montes
Orta dies. Virgilius L. 12 Æneidos.
Exultat vertice montis. Silius L. 15.
Dominamur in altis - montibus. Ovidius L 3 Fastorum,
Pace subsultant juga ; pace rident
Tetricæ rupes. Sarbievius L. 1 Lyricorum.

MURUS.

Cyclopum formata manu, stant ardua ferro
Mænia. Claudianus.
It clamor totis per propugnacula muris. Virgilius.
Assveti longo muros defendere bello. Idem.
Ter circum Iliacos raptaverat Hectora muros. Idem.
Mænibus in Patriis, atq; inter tuta domorum
Confixi exspirant animos. Idem L. 11. Æneidos.
Ipsæ de muris summo certamine Matres.
Tela manu trepidæ jaciunt. Idem ibidem.
Primæq; mori pro mænibus audent. Idem ibidem.
Hostis habet muros. Idem L. 2 Æneidos.
Fuerat rutatus mænia sæpe. Ovidius.
Apta dies legitur, quæ mænia signet aratro. Idem.
Custodia muri - submovet infestos. Idem in Tristibus.
Oppida turritis cingantur eburnea muris. Idem L. 2. de Ponto.
Ingentia cernes mænia. Virgilius L. 1 Æneidos.
Tu murus eras, humerisq; tuis,
Stetit illa decem fulta per annos :
Tecum cecidit, summusq; dies
Hectoris idem, Patriæq; fuit. Seneca in Troade
Altis nobilem muris domum. Idem.
Ter si resurgat murus Aheneus. Horatius L. 3 Carminum.
Inexpugnabilis murus. Lactantius.
Proxima marmoreo peragit spectacula muro. Calphurnius.
Grandia consumpsit mænia tempus edax. Rutilius in Itinerario.
Tu quibus es murus, vulnera nulla timent. Venantius Fortunatus L. 3.
Ac nostræ custos arcis Tritonia Pallas,
Perpetuâ curâ mænia nostra tegit. Sidonius.
Vestra, boni servent felicia mænia Divi. Theocritus.
Nostraq; consiliis defendite mænia vestris. Aristophanes.
Effultos adamante muros. Sarbievius L. 3 Lyricorum,
- - - - - - Bellicosi mænia Romuli.
Crevêre contemptu, & perennes
Gentibus imposuêre frænos. Idem L. 4 Lyricorum.
Namq; fas, & æqui prisca severitas,
Simul potentum limina Civium
Munivit. Idem ibidem,

Ausus

Ausus Amphion perennes
Cantibus ædificare muros. Sarbievius L. 4 Lyricorum.
Arx clausa decemplicis - errore muri. Idem ibidem.
Et murum solido pectore supplent. Idem L. 4 Lyricorum
Publica respondit cura est, pro mænibus istis
Juppiter Ovidius L. 6 Fastorum.
Ire volunt, & pro muris opponere densi
Pectora respectantq; suos. Silius L. 12.
Ad muros stares, sine sangvine Mavors. Idem L. 13.
Et Martia condet mænia. Virgilius L. 1 Æneidos
Cælum inter mænia clausum. Iscanus L. 2.
- - - & eversis quæ struxit mænibus, hostem
Ingemuisse putes. Idem L. 6.
Vidi ipse viros, & mænia vidi. Idem.

Vide Lapis, Turris.

NAVIS,

Seu ŁODZIA, KORAB.

NIl juvat errores mersâ jam puppe fateri. Claudianus.
Nil nautica prosunt - turbatæ lamenta rati. Idem.
- - - - - ævumq; sequens speculatur ab omni
Orbe ratem. Lucanus L. 8.
- - - - - aliæ mutato remige puppes,
Victores vexere suos. Idem L. 3.
Nunc portum fortuna dabit. Idem L. 8
Monstra maris Sirenes erant, quæ voce canora,
Quaslibet admissas detinuere rates. Ovidius.
Simul alba nautis - stella refulsit. Horatius L. 1 Carminũ
Nam rate quæ curâ pugnacis facta Minervæ,
Per non tentatas prima cucurrit aquas. Ovidius
Figebat vox una ratem. Claudianus in Epigramm:
Sine

Sine remige puppis. Idem.
Hanc venti pulsare timent. Idem.
Date serta carinæ. Ovidius.
Coronatæ solvunt retinacula puppes. Idem.
Aggemit in nostris ipsa carina malis. Idem.
Est Dea sacriferas pæne secuta rates. Idem.
- - - - - imoq; sub æquore mergit
Incolumem toties una procella ratem. Idem.
Argo funestas pressa bibisset aquas. Idem.
Dum sumus in portu provehat aura levis. Idem.
Et redit in tumidas naufraga puppis aquas. Idem.
Obrutaq; è mediis cymba resurget aquis. Idem.
Rectorem dubiæ navita puppis amat, Idem de Ponto.
Vix tenuit laceræ naufraga membra ratis. Idem.
Fert bene præcipites navis modo facta procellas. Idem L. 1 Tristium.
Non agitur vento nostra carina suo. Idem.
Manet portu tuta carina suo. Idem.
Vix subit adversas hospita navis aquas, Idem.
Dubiam rege navita puppim. Idem in Fastis.
- - - - - - - tenet ipse manu, qua sceptra solebat
Fragmina navigii. Idem L. 3 Fastorum
Parcite quassatæ solvere membra ratis. Idem L. 1 Tristiũ.
Vertitur in teneram cariem, remisq; dehiscit
Si quà diu solitis cymba vacavit aquis. Idem L. 1 Trist.
Primamq; ratem quæ nesciat ætas. Ovidius.
Fata manent omnes, exspectat avarus,
Portitor, & turbæ vix satis una ratis. Idem ad Liviam.
- - quæq; diu steterant in montibus altis,
Fluctibus ignotis insultavêre carinæ. Idem L. Metamorph.
Accedam profugæ sarcina parva rati. Idem in Tristibus.
Et collecta rogum faciunt fragmenta carinæ. Manilius.
I nunc, & ventis animam committe, dolato
Confisus ligno, digitis à morte remotus
Quattuor, aût septem. Idem ibidem.
Vix una sospes navis ab ignibus. Horatius.
Illi robur, & æs triplex
G Circa

Cires pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelago ratem - primus. Idem in Carminibus.
Navis, referent in mare te novi,
Fluctus. O quid agis? fortiter occupa - portum. Idem.
Audax nimiùm qui freta primus,
Rate tam fragili perfida rupit. Seneca in Medea.
Dubioq; secans æquora cursu,
Potuit tenui fidere ligno. Idem ibidem.
Cymba populorum capax - - succubuit uni. Idem in Hercule.
Portans cum lumine puppim. M. T. Cicero in Phænom:
A malo ad puppim cum lumine clara videtur. Idem ibid.
Argolicam retinet crebro cum lumine navem. Idem ibid.
Insequitur labens per cæli lumina navis. Idem ibidem.
Super æthera vertitur Argo. Idem ibidem.
Trahit claro cum lumine puppim. Idem ibidem.
Jamq; adeo celsis armati è navibus ibant. Ausonius.
Quisq; suas repetunt misso certamine naves. Idem
Profugæq; dabant pia vota carinæ, Idem in Epistolis.
Ecce super fessas volitat victoria puppes. Tibullus.
Presserat externâ navita merce ratem. Idem L. 1,
Aut quidnam fracta gaudes Neptune carinâ. Propertius l. 3
Non sunt apta tuæ grandia vela rati. Idem.
Putris & in vacua requiescit navis arena. Idem L. 2.
- - - - - haud ulla carina
Consenuit, portus fallit & ipse fidem. Idem L. 3.
Qua vehimur navi, fertur cum stare videtur. Lucretius.
Ut Notus, & Boreas, & inexorabilis Auster.
Cum mergunt plenas tumefacta sub æquora classes. Silius L. 16.
Carinæ - - prudens ipse gubernator. Callimachus.
Hac iter infidum pelagi, miserandaq; facta
Involvere salo, fluctuq; hausere voraci
Sæpe rates. Festus Avianus.
Sistimus ergo gradum, placido considere portu
Me juvat emeritam, fundatq; hic anchora puppim. Sabellicus de Invent:

Hanc

Hanc ego laudo ratem, non quæ depicta venustè. Gregorius Nazianzenus.
In cælum cursu dirige vela tuo. D. Gregorius Theologus
Pontivagamq; ratem, ventus, rectore carentem
Fluctibus immergit, scopulisve infigit acutis. Idem.
Finis adest vitæ, transmisi navita pontum. Idem in Epigr
Et rate armata titulo salutis,
Victor antenna Crucis, ibis undis
Tutus & Austris. S. Paulinus Episc: Nolanus.
Quem levis arca tulit, nunc gravis urna premit. Venantius Fortunatus l. 7.
Seseq; saltu mittit in cymbam procul,
Quæ plurimis portus fuit. D. Paulinus Nolanus,
Et fluctus sub classe jacent. Paulinus Petracoriensis.
Qui portum in proprio pectore semper habes. Venantius Fortunatus.
Puppe gubernator media stans dirige cursus. Solon in Elegiis.
Fluctibus in mediis submergitur obruta puppis. Hesiod.
Plura domi linquens, paucissima credito navi. Idem.
Nunquam quidquid habes, totum committe carinis. Idem.
- - - - magni cum turbine fluctus,
In puppim proramq; ruunt. Theocritus.
Naufraga membra ratis, tranquillæ redditis auræ. Idem
Nobis iter ineundum est, ubi ventos Deus
Concesserit, solvamus è portu ratem. Sophocles.
Devorat, heu metuo, scylla profunda ratem. Theognis in Sentent.
Procul hinc littore pulsa ratis. Idem ibidem.
Vix navis superest, sternunt qui deposuerunt
Nautam, quo ratis hæc remige salva fuit. Idem.
Secundis hanc duces navem ventis. Naumachius in Sentent.
Sidoniis dux, & Cynosura carinis. Aratus.
Semper tumidis navis patet undis. Idem.
Puppis demisso tantum stat lucida clavo. Idem.
Ah quando tandem stellantia littora visam,
Ah quando certa, sidera, puppe petam. Sarbievius.

Incertæ

Incertæ remis volitant carinæ. Idem.
Plenis Oceanus patet - laudum carinis
Quem velivolis præpes Ethesijs
Navis divitibus destinet Infulis. Idem L. 1 Lyricorum.
Alti navita sangvinis
Portum non soliti nominis attigit. Idem ibid.
Fortuna naves, & dubias agit
Fortuna pugnas. Idem l. 4 Lyricorum.
Inter errantem scopulos carinam
Certiùs plures docuére stellæ. Idem ibidem.
Remigium socii, naves & vela paremus,
Sunt quibus in cælum velificemur aquæ. Idem.
Demersa latè sæcula cùm Noe
Enavigaret, naufraga dicitur
E puppe prospexisse regna. Idem l. 4 Lyricorum.
Arca levatur aquis, homines ne perderet æquor. Asterius.
Statio malefida carinis. Virgilius.
Provehimur portu, terræq; Urbesq; recedunt. Virgilius L. 3. Æneidos.
Tantâ mole viri, turritis puppibus instant. Idem.
Jam mea votivâ puppis redimita coronâ. Idem.
Dîj quibus audaces amor est servare carinas,
Sævaq; ventosi mulcere pericula Ponti,
Sternite molle fretum. Statius L. 3 Sylvarum.
Fluctus assveta minores
Nosse ratis, nondum Jonijs credenda periclis. Idem.
Optato collegit carbasa portu. Idem.
Nutat mediæ fortuna carinæ. Idem L. 1 Thebaidos.
Naves - quas Deus, & casus tẽpestatesq; gubernant. Idem L. 10 Thebaidos.
Rector erat puppis, clavoq; immobilis hærens. Manilius
Fragmina portarum, bellatricesq; carinæ. Statius L. 7 Thebaid.
- - - - - pelagoq; micabant
Captiva arma procul, celsâ fulgentia prorâ. Silius l. 1
Portus tenuêre carinæ. Idem L. 16.
Prima demum magnis canimus freta pervia nautis,
Fatidicamq; ratem. Valerius Flaccus
Primæq; ratis molitor Jason. Ovidius L. 1 Metamorphosis.
Ostentat de puppe Minervam. Silius L. 13.
E fundo jaculantem ad sidera puppes. Idem L. 14
Tutos pete navita portus. Ovidius L. 4 Fastorũ.
Soli Zephyro sit copia cæli,
Solus agat puppes. Statius L. 3 Sylvarum.
Aurhor ratis Argus, & Argo - navis erat. Iscanus L. 1.
- - - - - - - - pellitur Argo,
Armatumq; Jovem mediis exorat in undis. Idem ibidem.
Mentiq; frequens illabitur Argo. Idem L. 3
Majora petit suspiria classis. Idem L. 4.
Inter errantem scopulos carinam,
Certius plures docuêre stellæ. Sarbievius L. 4 Lyricorum
Ad cæli properabat usq; portum. Idem in Epigramm.
Sunt illic merces plagæ, sunt vota rudentes,
Mors pretium, virtus prora, carina salus;
Vincla fides, malus pietas, suspiria venti,
Spes velum, remus gratia, rector Amor;
Tunc Deus, his si navis, ait, mea cingitur armis;
Typhe tuam cælo dejice, mitte meam. Idem ibidẽ,
Portusq; reliquit flumineos. Claudianus.
Fessis loca grata carinis. Ovidius.

NOCTUA.

TEctaq; non sylvas celebrant, lucemq; perosæ
Nocte volant, seroq; trahunt à vespere nomen. Ovidius
- - - - - si quando luce vagantem
Noctis avem cernunt. Idem.
Et sine lite loquax, cum Palladis alite cornix. Idem.
Obscuro latitat nam noctua luctu. Faustus.
Solis & occasum servans, de culmine summo

Necquidquam feros exercet noctua cantus. Virgilius L. 1 Georgicorum.
Noctua Cecropiis insignia præstat Athenis,
Inter aves, sani noctua consilij,
Armiferæ meritò obsequiis servata Minervæ est,
Garrula, quo cornix cesserat ante loco. Alciatus.
- - - - - mox acta per auras
Evehor, & data sum comes inculpata Minerva. Ovidius.

Vide Avis.

NODI TRES.

BRachia contortis adstringunt nubila nodis. Festus Avianus.
Duris oneret pectora nodis,
Nodoq; stringens irresolubili. Crinitus.
Æratis adstringam brachia nodis. Propertius l. 1.
Aût dare captivas in fera vincla manus. Ovidius de Ponto
Firmis retinebêre vinclis. Idem.
Duraq; per sævas vincula nexa manus. Idem ad Liviam.
Æternum ex astris cupiens connectere nodum, Aratus.
Quem veteres soliti cælestem dicere nodum. Idem ibidem.
Vinctos inter se nodis cælestibus apros. Idem.
Gravibusq; cõercita vinclis. Ovidius.
Hic fessas non vincula naves - ulla tenent. Idem.
Et centum vinctus ahenis - post tergum nodis. Idem.
Vincula capto - tende. Idem.

PALMA.

Victoris præmia palmæ. Ovidius l. 10. Metamorphoseõ
Primaq; ventosis palma petatur equis. Idem.
- - - - - - viridesq; coronæ,
Et palmæ pretium victoribus. Ovidius.
Quis Olympiacæ miratur præmia palmæ? Idem.
Evirata rotis palmaq; nobilis. Horatius.
At justus palmæ similis florebit amænæ. Sedulius.
- - - - - - - ecce virentem
Vindicat ipsa viro dulcis facundia palmam. Sabellicus.
Nititur in pondus palma, & consurgit in arcum
Quo magis & premitur, hoc magê tollit onus.
Fert & odoratas, bellaria dulcia, glandes,
Quêis mensas inter, primus habetur honos. Alciatus in Emblem:

Vide Arbor.

PANIS.

ANnua magnæ - sacra refert Cereri. Virgilius L. 1 Georgicorum,
Et spicis tempora cinge Ceres. Tibullus L. 2.
Nec tostæ frugis egentes. Ovidius in Metamorph.
Mucida cærulei panis consumere frusta. Juvenalis.
Pane egeo, jam mellitis potiore placentis. Ovidiꝰ in Epist.
Cerealia dona. Idem in Metamorphosi.
Suppositum cineri panem, focus ipse parabat. Ovidius L. 6. Fastorum.
Panis erant primis virides mortalibus herbæ. Idem L. 4. Fastorum.

PANTHERA.

Exitiale facit vulnus panthera tremendis
Dentibus. Oppianus.
Pantheras etiam festivo carmine Vates
Ludant, pampinei nutrices esse Lyæi. Idem.

P A V O.

Nunc Junonis avis, sed prius Argus erat. Martialis L. 14.
Alitis eximiæ cauda superba fuit. Idem, ibidem.
Non tales volucris pandit Junonia pennas. Claudianus.
- - - - - - pollice monstrat,
Quod picturatas galeæ Junonia cristas
Ornet avis. Idem in Honorio.
Laudatas homini, volucris Junonia, pennas
Explicat, & formâ, multa superbit avis. Ovidius.
- - - - habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pavonibus áëra pictis. Idem L. 2.
Metamorphosis.
Explicat atq; suas ales Junonia pennas. Idem L. 2.
Elegiarum.
Aurea pavonum ridenti imbuta lepore
Secla. Lucretius L. 2.
Præcellit pavo genus omne volantûm. Oppianus L. 3.
de Venatio.

Vide Avis.

PELICANUS.

Ipse alimenta sibi maxima præbet amor. Propertius.
Totum ducit amore diem. Idem L. 1.
- - - - mens omnis aberrat
In vul-

In vulnus, quod fixit amor. Claudianus.
Pennatiq; - - stipantur amores. Idem.
Decorat numerosa cicatrix. Idem.
Totum est pro vulnere corpus. Lucanus L. 9.
Pulchramq; petat per vulnera laudem. Silius.
Ecce parentem - vulnere cognosco. Idem L. 9.
Solumq; e sangvine laudes. Idem L. 11
Animamq; in pignora transfert. Statius. L. 3 Sylvarum.
Subdit amor stimulos, & vulnera sanat. Idem L. 6 Thebaid.
Et sua vulnera nescit. Idem.
Notisq; decoram - vulneribus. Idem L. 4 Thebaidos.
Longumq; bibebat amorem. Virgilius L. 1 Æneidos.
Animasq; in vulnere ponunt. Idem L. 4 Georgicorum.
Pulchramq; petunt per vulnera mortem. Idem ibidem.
Et tantos rumpi non speret amores. Idem L. 4 Æneidos.
Quis enim modus adsit amori? Idem in Eclogis.
Tristia, sangvineâ lambentem vulnera lingvâ. Ovidius
L. 3 Metamorph.
Immedicabile vulnus. Idem L. 1 Metamorph.
Pulchri certamen amoris. Idem L. 3 de Ponto.
Acer in extremis ossibus hæsit amor. Idem in Epist.
Pectora versat amor. Idem L. 1 Elegiarum.
Stat mihi non parvo virtus, mea vulnera testor. Idem in
Fastis.
Unde datum est vulnus, contigit inde salus. Petronius Arbiter.
Notisq; decorum - vulneribus. Statius L. 4 Thebaidos.
Pretiosior auro - sangvis erat. Claudianus.

Vide Avis.

P E N N Æ.

Seu K O N C Z Y C.

Dixit & in cælum paribus se sustulit alis. Virgilius
l. 9 Æneidos.
ludunt

- - - - - Ludunt stridentibus alis,
Et cætu cinxêre polum, cantumq; dedére. Idem L. 1 Æneit
Dixit, & in sylvam pennis ablata refugit. Idē L. 3 Æneid:
Haud aliter terras inter cælumq; volabat. Idem l. 5 Æneit
Vidi avem pennis liquidas exire sub auras. Ovidius L. 12.
Metamorphosis.
Ardua pennis astra sequi. Virgilius L. 12 Æneidos.
Pennæ sonuêre per auras. Ovidius L. 5 Metamorp:
Sic ego per liquidum volucris vehar äéra pennis. Tibullus.
Tensæ volucrum per astra pennæ. Statius.
Aereas, hominem carpere posse vias. Ovidius.
- - - - - - sed pennis subvolat alte
Perseus, & cælo pendens jaculatur in hostem. Manilius l. 5.
Alituum porro genus alis omne videmus
Fidere. Lucretius l. 5.
Fertur in altum. Manilius L. 1.

Vide Alæ, Avis.

P E S,

Seu ZŁOTOGOLENCZYK, DROGOMIR, &c.

IN quo veteris vestigia recti,
Et ductos video mores meliore metallo. Claudianus.
Vestigat, & ultro - ambit honos. Idem.
Sub pedibus tellus. Lucanus.
Domitum pedibus calcamus amorem. Ovidius.
Cito pede labitur ætas. Idem.
Si piget, in primo limine, siste pedem. Idem.
Erramusq; vago per loca sacra pede. Idem.
Sub pedibusq; jacent, Idem.

Summam celeri pede libat arenam. Idem de Atalanta.
Pes modo tam velox pigris radicibus hæret. Idem L. 1.
Metamorp:
Sub pede colla tenet. Idem in Epistolis.
Nec pes ire potest. Idem L. 6 Metamorphosis.
Perge modo, & quò te ducit via dirige gressum. Virgilius.
Vixi, & quem dederat cursum, fortuna peregi. Idem L. 4
Æneidos
Pars pedibus plaudunt, choreas, & carmina dicunt. Idem
L. 6 Æneidos.
Atq; metus omnes, & inexorabile fatum
Subjecit pedibus. Idem L. 2 Georgicorum.
Quamcunq; viam dederit fortuna, sequatur. Idem l. 10 Ænei.
Jamq; emensus iter. Statius L. 12 Thebaidos.
Et repetit pugnas, gressuq; manuq; - certior. Idem L. 9.
Thebaidos.
Ibimus omnes - ibimus. Silius L. 6.
Velox celeri pede laberis. Seneca in Hyppolito.
- - - - - - - virtus mihi
In astra, & ipsos fecit ad Superos iter. Idem in Herculo.
Iter - gloria pandet. Idem ibidem.
Et pede certo - signat humum. Horatius.
Patrum vestigia ducunt. Juvenalis Satyra 14.
Inde pedem victor multa cum laude reflexit. Catullus.
Victor certamine cursus. Idem.
At se mensurâ magnâ, magno ac pede debet
Metiri quicunq; sapit. Gregorius Nazianzenus.
Disposito comitatur gloria cursu. Venantius Fortunatus.
Pes premitur pede, & arma teruntur - armis. Ennius.
I pede fausto, & peragas hanc rem
Ex animi sententia: Juppiter
Agoræus te servet: victor
Illinc ad nos iterum redeas. Aristophanes in Equitibus.
Pede propero procurrat. Sophocles.
Sublimis fulget pedibus, properare videtur. Aratus.
Certo pede gloriam stantem. Sarbievius l. 4 Lyricorum.
Et te præcisuo poplite Christe colit. Idem

Te fas

Te fas, piumq; , & justitiæ comes
Utcunq; sacrum lætus agis pedem;
Candor côronat. Idem.
Stare nescia loco - virtus. Idem
Et pede quo debent acria bella geri. Ovidius in Ibinē.
Mœonio gaudent pede bella referri. Idem.
Pedum frustra vestigia quæras. Silius l. 3.
- - - - - stet Roma, cadat ne,
In pedibus posuêre tuis. Idem l. 15.
- - - - - pedibus tibi gloria miles
Parta ingens, nunc accumula cæpta ardua, dextrâ. Idē ibi.
Pede præceps, strenuus armis. Iscanus l. 4.
Stimulatq; volucres - ire pedes. Idem l. 5.
Martia securo conteret arma pede. Eobanus Hessus.
Contingas fausto, regna beata pede. Idem.
Herculeæ quæret vestigia plantæ. Silius l. 15
Jam læto choreas plaude per astra gradu. Sarbievius, in Epigramm.
Tacito pede lapsa vetustas. Ovidius l. 4 Tristium
At tu dum primi floret tibi temporis ætas,
Utere, non tardo labitur illa pede. Tibullus
Fixa pedum pono pressis vestigia signis. Lucretius l. 3

Vide Solea.

PHÆNIX.

Fertq; pius cunasq; suas, patriumq; sepulchrum: Ovidius. l. 15 Metamorph.
Corpore de patrio parvum Phænica renasci. Idem ibidem.
- - - - - - finitq; in odoribus ævum. Idem in Metamorf.
Hic fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit. Claudianus.
Conveniunt aquilæ, cunctæq; ex Orbe volucres,
Ut solis mirentur avem. Idem.
Procul ignea lucet - ales. Idem
Mille annis vivit Gangeticus ales. Ausonius.
Convenit Ægyptus tanti ad miracula visus,
Et raram volucrem turba salutat ovans. Lactantius.
Ut phænix moriens primos revivifcit ad annos
Flammarum in medio, post plurima lustra renascens.
Gregorius Nazianzenus.
Novum veteri surgit de corpore corpus. Gregori9 Nissen9
Vita mihi mens est, morior si cæpero nasci. Symposius.
Post cineres consumpta suos, tenuesq; favillas,
Sic solet & Phænix se renovare senex. Venantius Fortun.
Legerat in tumulis Nabathææ messis odores,
Ambitiosa parens, natoq; suprema parabat
Funera; mox volucrum famulantibus adstitit alis,
Exequias factura phalanx, avis unica Phænix. Iscan9 L. 6.

Vide Avis.

P I C A,

Seu SROCZNIK.

Picasq; docuit nostra verba conari
Magister artis. Persius in Prooemio.
Pica salutatrix, si tibi Lause placet. Martialis L. 7.
Promit & humanos pica diserta sonos. Faustus.

Vide Avis.

PINUS.

Seu

Seu GODZIEMBA.

ACtas ad ſidera pinus. Lucanus l. 1 (cis.
Nec nautica pinus - mutabit merces. Virgiliꝰ inBucoli-
Accendet pinus odores. Idem.
- - - - - - - Argivæ navi decus edita pinus. Idem in Culice.
Navigat, & longè quem peto portus abeſt. Ovidius.
Ille accendit geminas pro lampade pinus. Idem L. 4 Faſt:
Ardor ut ad magnos pinea tæda Deos. Idem in Epiſtolis.
Quaſq; tulit folio pinus acuta nuces. Idem.
Sæpius ventis agitatur ingens pinus. Horatius in Carmin:
Quercum, aut cornigeram ſudanti vertice pinum. Calphurnius.
Proxima pinus obumbrat. Idem in Eclogis
- - - - - - & amantem littora pinum. Silius.
- - Corinthiacis pinus victoribꝰ olim - gloria. Callimachꝰ
Præmia ſunt laurus, pinus, oliva. Aulus Archias.
Hùic pinus vicina loco diſtenta virentes,
Pandebat ramos. Paulinus Patracorienſis.
Nutantes vertice pinus. Theocritus.
Somnos dabat herba ſalubres,
Umbras altiſſima pinus. Boetius l. 2.
Annoſaq; robore pinus. Heſiodus.
Icta ferrro pinus. Horatius.
- - - nemoris proſcripta plebe minoris
Sola viret, nulliq; ſuas communicat umbras. Iſcanus L. 2
Regalis olivam - prætendit pinus. Idem L. 3
At ſæva morantes - impellit Lacheſis pinus. Idem

Vide Arbor.

PISCES.

Seu

Seu KORZBOK, GLAUBICZ, GOŁOBOK, WADWICZ.

FUlgenti lumine piſces. Virgilius de Signis Cæleſtibus.
Piſcibus aſtra duobus - augentur. Idem ibidem.
Piſciq; aries ſuccedit aquoſo. Ovidius.
Hi jaculo piſces, illi capiuntur ab hamo. Idem.
Miles erat gladio, piſcator arundine ſumpta. Idem L. 14 Metamorp.
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus unca cibis æra ſubeſſe putat. Idem L. 2 de Ponto.
Traxit ab æquore piſcem. Silius l. 5.
Vecta eſt frenato cærula piſce Thetis. Tibullus.
Captat arundine piſces. Idem l. 2
Aridus, & ſicco gurgite piſcis erit. Propertius l. 3.
- - - - - - - attonitos ad littora piſces,
Æquoreus populator agit. Claudianus in Rufinum.
Inſeruitq; ſuos ſquamoſis piſcibus ignes. Manilius.
Piſcibus Euphrates datus eſt, ubi piſcis amator. Idem.
Gemituſq; ad frigora piſcis. Idem ibidem.
Gemini piſces qui ſidera claudunt. Idem ibidem.
Geminis ſub piſcibus ortus. Idem ibidem.
- - - - ſe patrio producit ab æquore piſcis. Idem l. 5.
Per extremos attollit lumina piſces. Idem ibidem.
Sacris piſcibus hæ natantur undæ,
Qui nôrunt dominum, manumq; lambunt
Illam, qua nihil eſt in orbe majus. Martialis l. 4.
Non dubitaturi fugitivum dicere piſcem. Juvenalis Satyra 4
Heu male defenſus penetrali flumine piſcis. Auſonius.
Lubrica piſces - agmina. Idem.
Sentit tremulum linea piſcem. Seneca.
- - - - - - - mutis quoq; piſcibus
Donatura cygni ſi libeat ſonum. Horatius.
- - - - - - - ingentes munere piſces. Lucilius

Cupidus

Cupidus fallacem piſcis ad hamum. Fauſtus.
Piſcis in æthereo quem portas vertice, tranet. Ennodiꝰ
Quaſi piſcis inhæſerat hamo. D. Paulinus
Gemini piſces, quorum alter in Auſtrum
Tendit, Threjicium Boream petit alter, & audit. Aratus.
Hæc eadem tibi ſigna dabunt non irrita piſces. Idem.
Aureus undiq; piſcis. Theocritus.

P O M U M.

Autumnum pomis, ver tibi flore notat. Claudianus.
Rettulit Argolico fulgentia poma tyranno: Lucanus.
Pomaq; non notis legit ab arboribus. Tibullus.
Autumno, candida, mala rubent. Idem l. 3 Elegiarum.
Pomaq; autumno fugiente cadent. Seneca in Hercule.
Quæ fugiunt, celeri carpite poma manu. Ovidius.
Amat & ramos felicia poma ferentes. Idem.
Præbuit Alcioni poma benignus ager. Idem.
Sunt ibi, ſi vivunt noſtrâ quoq; conſita quondam
Sed non & noſtra, poma legenda manu. Idem.
Poma Pater Pelopis præſentia quærit, & idem
Semper eget liquidis, ſemper abundat aquis. Idem.
Non aliter, quàm poma ſolent, quæ candida parte,
Parte rubent. Idem l. 3 Metamorph.
Putrida motis - poma cadunt ramis. Idem in Metamorp.
Menſas felicia poma, ſecundas. Idem l. 9 Metamorph.
Pomaq; ab inſomni male cuſtodita dracone. Idem ibidem.
Pomoq; onerata rubenti. Idem L. 10 Metamorph:
Adducto pomum decerpere ramo. Idem de Ponto.
Tardâ dulcia poma, morâ. Idem l. Faſtorum.
Pomaq; degenerant ſuccos oblita priores. Virgilius
Miraturq; novas frondes, & non ſua poma. Idem.
Et Cereale ſolum pomis agreſtibus augens. Idem.
Heſperidum victor tulit aurea mala. Idem de Hercule.
Pervigil obſervat non ſua poma draco. Cornelius Gallus.
Mirantur

Mirantur Satyri frondes, & poma Lyei. Nemeſianus 3 Ecloga.
- - - - - pomis, quæ barbara Perſis
Miſerat (ut fama eſt) Patriis armata venenis. Columella.
- - - - - floret mirabilis arbor,
Extinguitq; ſitim pomo, cui nomen adepſos. Dionyſius Theſalonicenſis.
Gignitur hæc inter pomis læthalibus arbos,
Conjunctum generans vitæ mortiſq; ſaporem. C. Cæciliꝰ
Pomo, ſunt poma decori. Theocritus.
Herculem duri celebrant labores,
Poma cernenti rapuit draconi - aurea. Boëtius L. 8.
Pomiſq; rependit ariſtas. Silius L. 8.
Vel cùm decorum mitibus pomis caput
Autumnus arvis extulit. Horatius L. Epodon.
Vigilata draconi - poma tulit. Iſcanus L. 2.

P O R T A,

Seu OWADA, GRZYMAŁA.

Porta triumphalem vobis ſinuatur in arcum. Claudianꝰ
Stabiles portas, & mænia vellit. Idem.
Caſtra, vel æratas hoſti recludere portas. Ovidius.
Urbibus obſeſſis clauſæ munimina portæ
Proſunt: in media pace quid arma times? Idem.
Clauduntur belli portæ. Virgilius L. 1 Æneidos.
Poſtes auro, ſpoliiſq; ſuperbi. Idem L. 2. Æneidos.
Stridentes cardine ſacræ - panduntur portæ. Idem L. 6. Æneidos.
Porta adverſa ingens, ſolidoq; adamante columnæ. Idē ibi
Nec cuſtos abſiſtit limine Janus. Idem L. 7 Æneidos.
Portarum ingentia clauſtra. Idem ibidem.
Armaq; cum tulero portæ votiva Capenæ. Propertiꝰ L. 4
H
Ferratæ

Ferratæ robora portæ. Statius L. 10 Thebai:
Pauperibus pateat tua janua semper. Theodulphus.
Fueram magnis olim patefacta Triumphis
Janua. Propertius l. 1.
Aurum postibus illitum. Sarbievius L. 1 Lyricorum.
Bellum - affundere portis. Idem L. 1 Lyricorum.
Ipsa ad conspicuas nominis inclyti
Ducent fata fores. Idem L. 2 Lyricorum.
Eductas adamante fores. Idem L. 4 Lyricorum.
Non bene claudimur portis Idem L. Epod.
Aureas æther reserare valvas
Gaudet. Idem ibidem.
Præ foribus famuli, video famulæq; morantur,
Virtutem Dominam, quis neget esse domi? Idem in Epig.
Et fera miscebat reseratâ, prælia portâ, Silius L. 2.
Claudeuda est janua belli. Silius L. 17.
- - - - - & gloria portis
Victorem immisit, meritiq; cupido cruoris. Idem L. 13.
Cæli porta patet. Idem L. 15.
Ruit impete vasto - ad portam. Idem L. 13.
Jamq; omnes pandunt portas, ruit undiq; lætum
Non sperata petens dudum sibi gaudia vulgus. Idem l. 12
Frustra querelis, & gemitu parùm
Deliberato flevimus, arcium
Portas, & emunita suo
Mænia procubuisse ferro. Sarbievius L. 3 Lyricorum.
- - - - quem gemmea circum
Perspicuis stant mænia portis. Idem l. 4 Lyric.

QVERCUS,

Seu DAB, DĘBOROG, NIECZUJA.

State

STate Palatinæ laurus, prætextaq; quercu
Stet domus. Ovidius in Metamorphosi.
Contremuit, gemitumq; dedit decidua quercus. Idem ibid.
Protegat & nostras querna corona fores. Idem in Fastis.
In te Chaoniæ moverunt carmina quercus. Claudianus.
Non pudeat sumpta quercum stravisse bipenni. Idem.
Dodonæa suo movet auram vertice quercus. Idem.
Et Thracas defende tuos, si lætior adsit
Gloria, vestita spoliis donabere quercu. Idem.
Ditibus exuviis tendentem ad sidera quercum. Idem.
Augurium monti querna corona dabat. Ovidius.
Ardua robustis quercus radicibus hærens
Extollit ramos quæ super astra suos,
Ictibus immodicis validæ præcisa securis
Eruta frondosum ponit & ipsa caput. Idem.
De cælo tactas memini prædicere quercus. Virgilius
Cælo capita alta ferentes - aériæ quercus. Idem l. 3 Ænei.
Famem in sylvis solabere quercu. Idem l. 1. Georgicorũ.
Fatalia carmina quercus. Idem in Culice.
Succubuit tandem multa devicta securi
Suffragium - - miseris - - quercus. Silius L. 5
- - - - - quercus longum molita per ævum
Vertice canenti proferre sub astra cacumen. Idem ibidem
Multifidam quercum flagranti lumine obumbrat. Statius
Quercus purpureos ramos distendit. Catullus.
Non ut Pieriæ quercus mea verba sequantur. Propertius l. 2
Glandiferas inter curabant corpora quercus,
Et sedare sitim, fluvii, fontesq; docebant. Lucretius.
Montibus è summis radicitus eruta quercus.
Decidit insani turbine victa Noti. Avianus.
Carpitur igne Jovis, quercusq; è sulphure sacro
Solvitur in cineres. Petrus Apollonius.
Desiit hinc populis glandes dare turgida quercus. Quinctianus.
Qualiter & longâ quercus cariosa senectâ. Faustus.
Ut ramosa in sylvis quercus - cæditur altis. Sophocles,
- - - - - - quercus Jovi

Et myr-

Et myrtus Veneri placuit, Phæbo laurea
Pinus Cybelæ. Phædrus l. 3.
An Capitolinam deberet Pollio quercũ ſpernere. Juvenalis
Auguſta viro quercus. Iſcanus l. 6.
Una ſed immenſas arbor habebat opes. Ovidius
Eluſus Cereris fide,
Quernas pergat ad arbores. Boetius de Conſolatione.

Vide Arbor.

RASTRUM,

Seu GRABIE.

PUrgatur vinea raſtris. Catullus.
Expectant falces raſtroſq; tenaces. Virgilius l 2. Georgic.
Ager meſſes fert pingvis opimas. Idem.
Illius immenſæ ruperunt horrea meſſes. Idem l. 1 Georgic.
Seũ Cererẽ plenam, vincentemq; horrea meſſem. Manilius.
Frugibus innumeris atq; horrea quærere meſſi. Idem l. 5.
Phrygiæ ſegetes, & Punica meſſis. Claudianus.
Fertili ſtat meſſis in agro. Fauſtus.
Et magnas meſſes terra benigna daret. Tibullus l. 3.
Certabant rigido glebas convellere raſtro. Petrarcha.
Et gravibus raſtris ſub Jove verſat humum. Ovidius.
Ipſa quoq; immunis, raſtroq; intacta, nec ullis
Saucia vomeribus, per ſe, dabat omnia tellus. Idem l. 1. Metamorphoſis.
Collectæ Conſule meſſes. Horatius
Amor ſumpſit rudis inſtrumenta coloni. Sarbiev in Epigr.
Raſtris glebas qui frangit inertes. Virgilius l. 1 Georgic.

Vide Acervus.

RO-

ROSÆ,

Seu DOLIWA, RAMULT, PORAY.

ROſæ fulgent inter ſua lilia miſtæ. Ovidius.
Arenteſq; Roſæ quantum manus una prehendat. Idem.
Albaq; purpureis lilia miſta roſis. Idem.
Et riget amiſſâ, ſpina relicta, roſâ. Idem.
Læta triumphanti de ſummo Mater Olympi
Plaudit, & Elyſias ſpargit in ora roſas. Idem.
- - - - nitido patefecit ab ortu
Purpureas aurora fores, & plena roſarum
Atria. Idem l. 2 Metamorphoſis.
Plurima lecta roſa eſt. Idem L. 4 Faſtorum.
Et appoſitas ſparget in ora roſas. Idem
Vidi Pæſtano gaudere roſaria cultu. Virgilius in Epigra.
Mirabar celerem fugitiva æſtate rapinam
Et dum naſcuntur conſenuiſſe roſas. Idem ibidem.
Quam longa una dies, ætas tam longa roſarum,
Quas pubeſcentes juncta ſenecta premit. Idem ibidem.
Collige Virgo roſas, dum flos novus, & nova pubes:
Et memor eſto ævum ſic properare tuum. Idem ibidem
Produxit roſeos victoria flores. Tibullus.
Graditur ſtellata roſis. Claudianus de Proſerpina.
Sangvineo ſplendore roſas, vaccinia nigro
Induit. Idem de eadem.
I felix roſa, mollibuſq; ſertis,
Noſtri cinge comas Apollinaris. Martialis.
Sic prohibet tenues gemma latere roſas. Idem l. 4
Et gratæ capiti deficiunt roſæ. Seneca in Hyppolito.
Hanc tenui folio purpura rubra notat. Auſonius.
Hæc modo quæ toto rutilaverat igne comarum,
Pallida collapſis deſeritur foliis. Idem de Roſa.

Quam

Quam modo nascentem rutilus conspexit Eôus,
Hanc rediens sero vespere, vidit anum. Idem de Rosa.
Ambigeres, repente rosis aurora ruborem,
An daret, & flores tingeret orta dies,
Ros unus, color unus, & unum mane duorum,
Sideris & floris, forsan & unus odor,
Unus & est murex. Idem in Epigramma.
- - - - tum sanguine tinctis
Intertexta rosis, caudentia lilia misce. Propertius
Molliter & tenerâ poneret ossa, rosâ. Idem l. 1.
Candida lilia fient - purpureæq; rosæ. Nemesianus.
Vernas efflat ab ore rosas. Ovidius.
Et velut è spinis, mollis rosa surgit acutis,
Nil quod lædat habet, matremq; obscurat honore. Sedulius
Nimiùm rosa plena pudoris Columella de Hortis.
- - - - - ingenuo confusa rubore,
Virgineas adaperta genas rosa præbet honores
Cælitibus; Templisq; Sabæum miscet odorem. Idem ibid.
Jam rosa mitescit Sarrano clarior ostro. Idem ibidem.
Nascantur flores, Pæstoq; rosaria gemment. Idem ibidem.
Rosa flos odorq; Divûm,
Rosa hominum voluptas,
Decus illa gratiarum. Anacreon.
Foliis rosa decoris - rosa singularis - ô flos
Rosa prima cura veris - rosa vel Deûm voluptas. Idem.
Si floribus vellet - Juppiter imponere Regnum
Excellit rosa flori - est veri rosa curæ,
Et gratæ superis rosæ. Idem.
Rosam amoribus dicatam,
Rosa honor, decusq; florum,
Rosa cura, amorq; veris,
Rosa Cælitum voluptas. Idem.
Rosas, quibus nec ulla
Mihi prior voluptas. Idem.
Cum vere patre florum,
Sociânda laus rosarum. Idem.

Rosa opus, laborq; Vatum. Idem.
Servat senectæ odorem. Idem.
Rosam sangvis parit ipse rubentem. Bion.
Purpura sed terræ pulchro perfusa rubore
Septaq; , ne violer telis defendor acutis. Symposius de Rosa.
Oris purpurei rosa dulcis abit. Theocritus.
Sed neq; contuleris spinas cum flore rosarum. Idem.
Et rosa formosa est, sed tempore marcet, & aret, Idem.
Quàm rosa sicca perit, tam flos cadit ille juventæ. Idem.
Rosa marcida durat. Idem.
Et rosa sub nimio sole precatur aquas. Sarbievi in Epigr.
Pulchra coloratis ubi pingitur Hybla rosetis
Sicanias triplex colligit hora rosas. Idem.
Albis dormiit in rosis. Idem l. 2 Lyricorum.
Quot tibi mille legent formosos secula flores,
Unica millenas, si legit hora, rosas. Idem.
Qui nunc purpureis floret ager rosis,
Immoto sterilis delituit gelu. Idem l. 4 Lyricorum.
Quid lates dudum, rosa delicatum
Effer è terris caput. Idem ibidem.
Purpureis floret ager rosis. Idem ibidem.
Mittimus ergo rosas quas, & quæ mala petisti
In Paradisiacis utraq; lecta jugis. Eobanus Hessus in Epist.
Addita purpureis punica mala rosis. Idem ibidem
Conquerimur natura! brevis quod gratia florum est,
Ostentata oculis, illico dona rapis. Ausonius.
Et latet intectâ, splendida mensa rosâ. Ovidius l. 5 Fastorũ
Nunc nova danda rosa est. Idem l. 4 Fastorum.
Assita spina rosis. Sarbievius in Epigram:
Ipsa corona, rosa est puero, puer an ne coronæ
Ipse rosa est? puer est ipse corona, rosæ. Idem ibidem.
Colligit hora rosas. Idem ibidem
Non tamen has Citheræa rosas Venus ulla colorat,
Non has Idalio sub lare pavit Amor. Eobanus Hessus in Epist.
Gratia ubi æternis vernat amæna rosis. Idem in Epist:
Has tibi sponsa rosas, sponsus transmittit Jesus. Idem ibid.

Sole sub hyberno posse, vivere rosas. Idem ibidem
Deniq; nunc vireantq; rosæ, nunc germinet arbor. Idem.
Floridaq; ut nunc est, sic rosa semper erit. Idem.

Vide Flores.

R O T A,

Seu BERSZTEN, OZORIA.

PUniceis invecta rotis aurora rubebit. Virgilius.
Atq; rotis, summas, levibus perlabitur undas. Idem l. 1 Æneidos.
Post hos insignem palmâ per gramina currum,
Victoresq; ostentat equos. Idem l. 7 Æneidos.
Parte altera Marti, currumq; rotasq; volucres. Idem l. 8 Æneidos.
Qui volucri curru medium secat agmen. Idem l. 10 Æne:
Ducunt & rutilo perfusos sangvine currus. Idem l. 11 Æne:
Ferventesq; rotas, pars munera nota. Idem ibidem.
- - - - - - rotæ ducuntur inanes
Per terram, & summo vestigia pulvere signant. Idem l. 3 Georgicorum.
Nunc stringam metam interiore rota. Ovidius.
Quiq; agitur rapidæ vinctus ab orbe rotæ. Idem.
- - - - - pictos ostendere vultus
Majorum, & stantes in curribus Æmilianos. Juvenalis.
Adversum latè stridens rota proterit agmen. Silius l. 2.
Volans in Cælum curru. Manilius l. 2.
Te rota tollat. Martialis l. 10.
Famæ curribus arduis levatus. Statius.
Per varios præceps casus rota volvitur ævi. Silius.
Terrarum Dominos evehit ad Deos. Horatius.

cum

- - - - - cum ferens Titan diem
Lassam rubenti mergit Oceano rotam. Seneca.
Ego inter auras, alite curru vehar. Idem in Medea.
Res Deus nostras celeri rotatas
Turbine versat. Idem in Thyeste.
Rapitur volucri tortus Ixion rota. Idem in HerculeFurēte
Vivite læti, properat cursu
Vita citato, volucriq; die
Rota præcipitis vertitur anni. Idem.
Secat sidera flammis errante rota. Idem in HerculeOetæo.
Cujus inaurati celebrarunt limina currus. Propertius l. 1.
- - - - deposcit præmia cursu
Septima, quam metam triverat ante rota. Idem l. 2.
Obliquæ signa iteratus rotæ. Idem l. 4.
Undiq; falcatos deserta per æquora currus. Valerius Flaccus.
Curris & illud iter, quod rota solis agit. Venantius Fortunatus.
Rota fulgida, solis mobile curriculum. Quinctius Cicero.
- - - - - - stantesq; Duces in curribus altis,
Fabricios, Curios, hinc Drusos inde Camillos. Prudentius.
Rota velut - - - properat volucris ætas. Anacreon.
Cita namq; currit ætas,
Rota ceu soluta currûs. Idem.
Volvuntur aureis interim stellæ rotis. Sarbievius.
Tu rotis metam tetigisse primis,
Tu rotis gaudes iterum secundis. Euripides.
Currum cursu rapido sequentes,
Vincere pulchrum est. Idem.
Rota vita est. Phocylis in Pòémate.
Regna super volitare curru. Sarbievius l. 3 Lyricorum.
Volat hucusq; latè - regna super populosq; currus. Idem l. 1. Lyricorum.
Quem per & gentes, radiante vexit
Gloria curru. Idem. l. 4. Lyricorum.
Curruq; in bella ruebat. Virgilius.
Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Collegisse juvat. Horatius l. 1 Carminum.

SAGIT-

SAGITTÆ:

Seu BOGORIA, KOSCIESZA, KALINOWA, LIS, ODYNIEC, SIEKIERZ, BEŁTOWIE, &c.

EMeritam suspende togam, suspende pharetrã. Claudian.
Pars cadit hamatis miserè confixa sagittis, Ovidius.
Tecta rigent fixis veluti vallata sagittis. Idem de Ponto.
- - - - - - sed nec formosius isto,
Viderunt oculi telum jaculabile, nostri. Idem l. 7. Metam.
Quæ patimur multo spicula felle madent. Idem.
Tinctaq; mordaci spicula felle gerunt. Idem.
Visitur in jusso nostra sagitta loco. Idem in Epist: Heroid.
Sarmaticas inter Geticasq; sagittas. Idem.
Non metas rerum, nec tempora pono. Virgilius.
Alter Amazoniam pharetram, plenamq; sagittis
Threiciis, lato quam circum complectitur auro
Balteus, & tereti, subnectit fibula gemma. Idem l. Æneid.
Protinus Æneas celeri certare sagitta
Invitat, qui forte, velint & præmia poni. Idem ibidem.
Hic Juvenis primam ante aciem stridente sagitta, Idem l. 7 Æneidos.
Insignem pharetram, Lyciasq; sagittas. Idem l. 8 Æneid.
Jaculo celebrem, levibusq; sagittis. Idem l. 9. Æneidos.
Fertur per nubem impulsa sagitta. Idem L. 10. Æneidos.
- - - - - sua munera lætus Apollo
Augurium, cytharamq; dedit, celeresq; sagittas. Idem l. 12 Æneidos.
Et gens illa quidem sumptis non tarda pharetris. Idem l. 2 Georgicorum.

Aurea

Aurea fulgenti depromens tela pharetra. Idem.
Virginibus Tyriis mos est gestare pharetram. Idem l. 1. Æneidos.
Sentit & exhaustas humero leviore pharetras. Statius l. 9 Thebaidos.
Pharetræ pondus consumit in arcum. Propertius l. 4.
Natus Alcmenâ posuit sagittas,
Et minax vasti spolium Leonis. Seneca in Hyppolito.
Sagitta qualis Parthica velox. Idem.
Celeris spicula Cynthiæ. Horatius.
Metuenda certè Phœbi sagittâ. Idem.
Tentator Orion Dianæ,
Virgineâ domitus sagitta. Idem l. 3 Carminum.
Nec venenatis gravida sagittis. Idem.
Audet & infestis pugnam instaurare sagittis. Juvenalis.
Cæloq; vagis, spes nulla, sagittis. Statius.
Pennigeris pharetram implevisse sagittis. Silius l. 8.
Surgunt flammatæ signa sagittæ, Avianus.
Lætentur cæde sagittæ. Propertius l. 3.
Nascitur hic Phœbus, gaudensq; Diana sagittis. Hesiodus.
Venit ecce sagitta - in jugulum stridens. Iscanus l. 6
Vidit, & ultorem Phœbus curvaverat arcum,
Tela dabat Pallas. Idem ibidem.
Fulgens jacet una sagitta. Cicero in Phænomenis.
- - - - - existit clara sagitta. Idem ibidem.
Vix posuit celeres stridentia tela sagittas. Ausonius in Epigramm:
Celeresq; reconde sagittas. Idem ibidem.
Spiculaq; infandum lethi latura venenum
Quæ feriat bis, missa semel. Sidonius Apollinaris.
Emissæ, cælum texêre sagittæ, Petrus Apollonius.
Omnes in me fixit tua dextra sagittas. D. Gregorius Nazi.
Norunt superûm convexa sagittam. Aratus.
Arcu protenditur ampla sagitta. Idem.
Clara sagittiferi tetigit cum lumina signi. Idem
Geudet Diana sagittis. Hesiodus.
Multæ erant sagittæ horrendæ, Idem in Clypeo.

Mare

Mars accipit sagittam. Anacreon.
O Rex Lyciæ, tu quoq; tendito
Auratos nervos, ac certas
In opem nostram fige sagittas. Sophocles.
Præsidem Phæbum pharetrâ decorum. Idem.
Terribilesq; sagittis persequitur feras. Idem.
Atq; hostes contra, teretes torquere sagittas. Tyrtæus in Sententiis.
Sua deposuit tela, suasq; faces. Sarbievius.
Incude defatigas in aurum,
Sæva Ducum, Procerumq; tela. Idem in Lyricis.
Ecce volaturæ vix erupêre sagittæ,
Protinus æthereæ procubuere feræ. Idem in Epigramm.
Mors pharetrâ, pharetrâ conspiciendus Amor. Idem ibidem.
A - - - - - sint ferrea tela,
Ipse mihi - aureus, inquit erit. Idem ibidem.
Tela ciebàt Amor. Idem ibidem.
In jaculis hispidus ibat Amor. Idem ibidem,
Jaculatus in æthera, telum. Idem ibidem.
Obversæ cælo, terrisq; sagittæ. Idem ibidem.
Tela timor vitat, tela timoris Amor. Idem ibidem.

Vide Arcus.

SALAMANDRA.

Largo serenat igne domum. Statius L. 1 Achilleidr
Corpus siccos effundat in ignes. Lucanus L. 9.
Ignis avarus habet. Propertius L. 2.
Exigis ignes. Idem L. 3.
Hîc plurimus ignis Virgilius in Eclogis.
Ardentes, avido bibit ore, favillas. Martialis.
Ingessit sacris, se peritura focis. Idem.
Nullaq; flammigeræ senserunt damna ruinæ,

Quæ

Quæ modò post ignès lumine plena micant, Venantius Fortunatus.
Hic plurimus ignis - semper. Virgilius Ecloga 7,
Lumina rara micant. Idem L. 9 Æneidos.

SAMSON,

Vide Vir Armatus, Leo.

SCEPTRA.

QVem Pater ipseDeûm, sceptri donavit honore. Virgiliq.
Maximus ævo - & primus sceptris. Idem l. 2 Æneidi
Gessit honoratâ, Regia sceptra, manu. Ovidius.
Sceptrorum vis tota perit. Lucanus.
Sceptrumq; auro, gemmisq; decorum. Pontanus.
Hic tamen sceptro populos regebat. Bòëtius de Consola.
Ex sceptro sibi profert jura Magistri. Ausonius.
Tu nunc sceptra tenè solis, per sæcula felix. Solon.
- - - - sceptrum sumit avitum
Quod nulla annorum serie corruperat ætas. Homerus.
- - - - - Quis Deus?
Sublimi dedit aurea gestare manu sceptra. Sophocles.
Nam dedit soli tibi cana Parca
Regium sceptrum minimè atterendum:
Ut potens rerum domineris,
Unâ imperitesq;. Erinna Pòëtria de Roma.
Pulchra, triumphales ponite sceptra, manus. Sarbievig
Auroq;, sceptroq; & columnis
Excidium sua dixit ætas. Idem L. 3 Lyricorum.
Semper honorata sceptra tenere manu. Ovidius L. 2. de Ponte.

Non

Non sceptro & fulmine nudi. Iscanus l. 1.
Sceptri defensor aviti, Idem L. 4
Proq; arce, & sceptris, & libertatis honore. Silius L. 10.
Pro sceptro armatis inierunt prælia dextris. Idem L. 16.

S C I P I O.

INers senectus adiuvat baculo gradum. Seneca in Hercule
Restituit senio, Divinæ verbere vigæ. Homerus.
Tum manibus virgam capit aureolam, atq; decorā, Idem
Me labor iste gravabit. Virgilius L. 2 Æneidos.
Langventia membra ipse levabo Silius L. 10.
Toto sangvine nixus sustinet. Statius.
Cui cælum sarcina parva fuit. Ovidius

S C U T U M.

Vide Clypeus.

S E C U R E S.

SEcurigerâ miscebat prælia dextrâ, Silius L. 16.
Nam quis castra vocet, tot strictas jure secures. Lucan91.5
Nec tibi Amazonia est, pro me sumenda securis. Ovidius l. 3. de Ponto.
Optent & pulchros Fasces, sævasq; secures, Lucretius l. 5
Rumpere sacrifica molitur colla securi. Ovidius L. 2. Metamorph.

Ther-

Thermodenthiaca Thanaim rexêre securi. Claudianus.
Audaci laurus sonet icta securi. Politianus.
De more secures - Consulis. Silius L. 8.
Fasces, captaq; in Marte secures. Idem L. 10.
Peltata bipennes - Panthesilea movet. Iscanus L. 6.
Securis - hanc à stirpe metit. Idem.
Emicat horrificas rapiens post terga secures. Idem l. 6.
Victima Pontificum, secures
Cervice tinget. Horatius. L. 3 Carminum.

Vide Ascia.

S E R P E N S,

Seu W Ę Z Y K.

ERigitur serpens, summiq; acclivia mali
Colla movet, sedesq; sibi circumspicit aptas. Ovidius
Instituit sacros celebri certamine ludos
Serpentis nomine dictos. Idem L. 1 Metamorph.
Cæruleus serpens, horrendaq; sibila misit. Idem L. 3 Meta:
Serpens sine vulnere mansit. Idem ibidem.
Angvibus exuitur tenui cum pelle senecta. Idem.
- - - - - Tyrinthius angves
Pressit, & in cunis jam Jove dignus erat. Idem.
Frigidus in pratis cantando rumpitur angvis. Virgilius Ecloga 8.
Maximus hic flexu sinuoso elabitur angvis. Idem L. 1. Georgicorum.
Squameus in spiram tractu se colligit angvis. Idem L. 2 Georgicorum.
Ille malum virus serpentibus addidit astris. Idem in Eclog.
Cum positis, novus, exuviis, nitidusq; per herbam
Volvitur

Volvitur hic serpens. Idem L. 3 Georgicorum.
Lubrica convolvit sublato pectore terga
Ad solem. Idem L. 1 Æneidos.
Clypeoq; insigne paternum,
Centum angves cinctamq; gerit serpentibus hydram. Idem L. 7 Æneidos.
Saucius at serpens sinuosa volumina versat, Idem L. 11. Æneidos.
Noxia serpentum est admisto sangvine pestis. Lucanus l. 9.
Sic libitum in multas partes discindere ferro
Serpentem. Idem L. 3.
- - - - - è faucibus angves
Stridula fuderunt libratis sibila lingvis. Idem L. 4.
Mihi plena veneno - occurrat serpens. Idem L. 8.
Vitemus laqueos, quos lethifer implicat angvis. Claudianus
- - - - - - lateq; videres
Surgere purpureis undandes angvibus hastas. Idem in Rufinum.
Terrigena erigitur serpens. Statius L. 5. Thebaidos.
Ictus ut incerto pastoris vulnere serpens
Erigitur gyro. Statius. L. 11. Thebaidos.
Sidus circumligat angvis. Silius L. 3.
Cæruleus maculis auro squallentibus angvis. Idem L. 2.
Immani corpore serpens. Lucretius.
Sic tortile collo - aurum ingens coluber. Virgilius L. 2 Æneidos.
Fortes, & asperas reptare serpentes. Horatius L. 1 Carmi.
Sibilat totos minax serpens per armos. Seneca.
Succisa serpens, clade se reparat sua. Idem in Medea.
Longiùs exoritur jam claro corpore serpens. Cicero in Phænome:
- - - - - profert simul angvis
Jam caput, & summum flexo de corpore lumen. Idem ibidem.
- - - - - - ut coluber nodoso gramine tectus,
Ventre cubat flexo, semper collectus in orbem. Columella.

Unde gerit torto virgam serpente voluto. Faustus.
Et morsus, tantùm non virus in angve timetur. Alcimus.
Immanis serpens sinuosa volumina torquet. Aratus.
Namq; virum medium serpens sub pectore cingit. Idem.
Serpens victoris ab ictu - occubuit. Idem.
Ergo procul pellis serpentum dira venena,
Omnia, quæ placido consumit numine serpens,
Perpetuùmq; viret squamis, caudamq; reducto
